

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber III

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A
C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER III.
BREVIVM LIBRI.



B
C
GRIPPINA cum Germanici reliquiis Brundisium, inde Romam peruenit. eae tumulo Augusti illatae, & funus ductum. Drusus in Illyricum redit. Cn. Piso cum Romam redisset, veneni & Maiestatis postulat. dicta causa cum omnia insensa & infesta experiretur, manus sibi adfert. Tacfarinas bellum in Africam renouat: quod opprimitur à L. Apronio Proconsule. Lepida Aemilia adulterij & veneni defertur, damnaturque. Papia Poppaea lex ad id tempus asperius exercita, mollitur à Tiberio, & nexus eius exsoluuntur. Iterum Africam incurrit Tacfarinas: cui tutanda Iunius Blasus deligitur. Equites aliquot Romani Maiestatis damnantur. Galliae rebellant, ducibus Iulio Sacrouiro & Iulio Floro. infelicitur: quia à legionibus Germanicis copiae earum caesa, & ipse ad vetus iugum retracta. C. Lutorius eques, Maiestatis damnatus, in carcere exanimatus est. Cura luxus coercendi coepta, & omissa. Drusus Tribuniciam potestatem accipit. Flamen Dialis vetitus provinciam sortiri. Asyla Graecorum lustrata & repurgata. C. Silanus repetundarum & Maiestatis damnatus, Tacfarinatem Iunius proturbat, & fratrem eius capit. Iunia illustris femina mors & funus. Haec triennio gesta,
M. VALERIO ET M. AVRELIO COSS.
TIBERIO IMP. IV. ET DRVSO NERONE II. COSS.
C. SVLPICIO ET D. HATERIO COSS.



D
G 2
CLAUDIO
NIL intermissa navigatione hiberni maris Agrippina Corcyram insulam aduehitur, litora Calabriae contra sitam. Illuc paucos dies componendo animo infumit, violenta luctu, & nescia tolerandi. Interim aduentu eius audito, intimus quisque amicorum, & plerique militares, ut quique sub Germanico stipendia fecerant, multiq; etiam ignoti vicinis è municipiis, pars officium in principem rati, plures illos secuti, ruere ad opidum Brundisium; quod naviganti celerrimum fidissimumq; adpulsu erat. Atque vbi primum ex alto visa classis, complentur non modò portus & proxima maris, sed moenia ac tecta, quaque longissimè prospectari poterat, marentium turbam, ac rogitantium inter se, silentio an voce aliquam egredientem exciperent. neq; satis constabat quid pro tempore foret: cum classis paulatim successit, non alacri ut ad solet remigio, sed cunctis ad tristitiam compositis. Postquam duobus cum liberis feralè vnam tenens egressa nauis, defixit oculos; idem omnium gemitus, neque discerneres, proximos, alienos, virorum feminarumve planctus: nisi quòd comitatum Agrippinae longo mærore fessum, obuij & recentes in dolore anteibant. Miserat duas praetorias cohortes Caesar, addito ut magistratus Calabriae, Apulique, & Campani, suprema erga memoriam filij sui munera fungerentur. Igitur tribunorum centurionumque humeris cineres portabantur: praecedebant¹ incomta signa, versi fasces: atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes,² trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliaque³ funerum sollennia cremabant. etiam quorum diuersa oppida, tamen obuij, & victimas atque aras Diis Manibus statuentes, lacrymis & conclamationibus dolorem testabantur. Drusus Terracinam progressus est, cum

Cap. 1.
Corcyram
Agrippina
cum vna
appellat.

Obuiam illi
populariter
Brundisium
itur.

Magno
planctu
excipitur.

Cap. 2.
A municipiis,
à coloniis:

A primor-
bus urbis.
A. V. C.
DCCCLXXIII.

Cap. 3.

At Tiberius
cum matre
parietibus se
tenent:
Itemq; ma-
trix Germa-
nici Anto-
nia.

Cap. 4.

Ossa in
Mausoleum
iilata.

Claudio fratre liberisque Germanici, qui in vrbe fuerant. Consules, M. Valerius & M. Aurelius (iam enim ⁴ magistratum occæperant) & Senatus, ac magna pars populi viam compleuere; ⁵ disiecti, & vt cuique libitum flentes. aberat quippe adulatio, gnaris omnibus lætam Tiberio Germanici mortem malè dissimulari. Tiberius atque Augustus publico abstinuere, inferius maiestate suâ rati si palàm lamentarentur; an ne omnium oculis vultum eorum scrutantibus falsi intelligerentur. ⁶ Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurnâ actorum scripturâ, reperio vllò insigni officio functam: cum super Agrippinam, & Drusum, & Claudium, ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint: seu valetudine præpediebatur, seu victus luctu animus, magnitudinem mali perferre visu non tolerauit. faciliùs crediderim, Tiberio & Augustâ, qui domo non excedebant, cohibitam: vt par mæror, & matris exemplo, auia quoque & patruus attineri viderentur. Dies quo reliquæ tumulo Augusti inferebantur, modò per silentium vastus, modò ploratus iniquis: plena vrbe itinera, ⁷ conlucentes

tes B

COMMENTARIVS.

I. **N**COMTA SIGNA.] De ornatu signorum dixi in lib. I. De versis fascibus, res sic habet. In dolore quia omnia fieri præter morem amant: etiam lictores fasces præferrebant inuersos. Pedit in Eleg. ad Liniam,

Quos primum vidi fasces, in funere vidi:
Et vidi versos, indiciumque mali.

Statius Thebaidos VI.

— versis ducunt insignibus ipsi

Graingena reges.

Nec fasces solum suos lictores, sed milites inuertebant etiam scuta & arma. Virgilius:

— & versis Arcades armis.

manentq; in militia nostrâ hodie vestigia eius ritus. Adde, quod non indignum monitu, versionem hanc armorum, non luctus solum notam fuisse, sed etiam transfugij & defectionis. Ammianus lib. XXVI. Eumque secuti complures, iam gladios quatientes & pila, ad Imperatorem transeunt, cum vexillis scuta peruersa gestantes: quod defectionis signum est aperitissimum. Sed quare hic, aut vnde Fasces? neque enim populi Romani magistratus adfuisse video. Respondeo, signa quidem Prætorianorum fuisse: at fasces ipsius Germanici defuncti, qui cineribus præferrebantur insignia nuper potestatis. Addo, quod Designatores lictores suos habere soliti, qui funeris ordinem & sollennia curabant.

2. TRABEATI EQVITES.] Trabea quid ad luctum? nihil, imò contrâ utebantur eâ in diebus sollennibus letusq;: vt equitum Transuactione. quod Dionysius notat. Sed & Domitiano decretum per honorem, vt quotiens consulatum gereret, equites Romani quibus fors obtigisset, trabeati, & cum hastis militibus præcederent cum, inter lictores apparitoresque. Denique nusquam trabea in luctu: equitesq; Rome togâ pullâ vsi in funere, vt reliqui ciues. Credo igitur vestem hanc trabis purpurea intextis (id enim trabea) sumptam hic, non doloris indicium, sed ordinis. ad discriminandum, inquam, in colonis equitem à plebe, & splendorem funeri conciliandum, trabeæ sumptæ. Ille enim proprie equitum: (nam Grammaticorum inuenta hic non moror, qui faciunt etiam regum, ducum, augurum) & idèd Trabeata agmina, ipsi equites Statio, in Epulo Domitiani:

Hic tum Romuleos proceres, trabeataque Cæsar

Agmina, mille simul iussit discumbere mensis. & in v. Siluarum ad Crispinum: quem locum fusiùs adscribam, quia mei eget.

— non te series inhonora parentum,

Obscurum proavis, & prisca lucis egentem Plebeia de stirpe tulit. non sanguine cretus Turmali trabeaque ac remis, & paupere clauo Augustam sedem & Latij penetrare Senatus Aduena pulfasti: sed præcedente tuorum Agmine.

Verè enim emendo, non sanguine cretus Turmali, trabeaque Remi, nec paupere clauo. id est, non tu ex plebe satus, imò nec ex ordine equestri. quem deinde describit tribus notis, luxuriâ non indecorâ ingenij, vt solet in illo poetâ. Turmalem sanguinem vocat; quia proprie equitum Turme: Trabeam Remi, quia y trabeati, exemplo regum: Paupere clauum, id est angustum & artum, qui ordinis equestris.

3. FVNERVVM SOLLENNIA.] Obserua hunc ritum, quod alibi defunctis, & vsto iam cadauere, nihilominus non Aras tantum stangebant, sed struebant & accendebant Rogos, quasi verum ibi funus & cadaver esset. Ostendit hic locus, & Seneca ad Martiam, c. III. de Druso, huius patre, qui in Germania obierat, & reliquia item relata: Mater longo itinere reliquias Drusi sui profecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi toties illum amitteret. Ait, per omnem Italiam: in colonis nempe & municipis, quâ transibant: vt hic.

4. MAGISTRATVM OCCOEPERANT.] Ergo Ianuario hæc mense gesta.

5. DISIECTI.] Satis hoc mirum, vbi Coss. & Senatus, qui solent ordine & compositè incedere siue stare. Sed hic apparet aliter factum, sparsosq; fuisse: an quia sponte venerant? an id quoque testando dolori? cui confusio videtur adherere, nec decori cura.

6. MATREM ANTONIAM.] Hæc illa est Antonia Drusi, quam Plinius ait numquam spuisse. illa, quam Valerius matrem laudat à continentia & amore coniugem, lib. IV. cap. III.

7. CONLUCENTES PER CAMPVM.] Dixit ad morem priscum: quo y qui funus profecuebantur, cereos

A tes per cāmpum Martis faces illū miles cum armis, ⁸ sine insignibus magistratus, po-
 pulus per tribus, concidisse Remp. nihil spei reliquum clamitabant: promptius aper-
 tiusque, quā ut meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis pe-
 netrauit, quā studia hominum accensa in Agrippinam; cū decus patrie, ⁹ solum Au-
 gusti sanguinem, unicum antiquitatis specimen appellarent, versique ad cælum ac deos, in-
 tegram illi subolem, ac superstitem iniquorum precarentur. Fuere qui publici funeris
 pompam requirerent, compararentque quæ in Drusum patrem Germanici honora &
 magna Augustus fecisset. ipsum quippe asperrimo hiemis, ¹⁰ Ticinum usque progressum,
 neque abscedentem à corpore simul urbem intravisse: circumfusas lecto ¹¹ Claudiorum Iuliorumque
 imagines, defletum in foro, laudatum pro rostris, cuncta à maioribus reperta, aut quæ posteri in-
 uenerint, cumulata. At Germanico ne solitos quidem, & cuiusque nobili debitos honores, con-
 tigisse. sanè corpus ob longinquitatem itinerum externis terris quoquo modo crematum: sed tanto
 plura decora mox tribui par fuisse, quanto prima fors negauisset, ¹² non fratrem nisi unius diei
 toro, non patruum saltem portā tenuis obuium. ubi illa veterum instituta? prepositam ¹³ toro
 effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lacrymas, ¹⁴ vel doloris
 imitamenta? Gnarum id Tiberio fuit. utque premeret vulgi sermones, ¹⁵ monuit edi-
 cto, Multos illustrium Romanorum ob Remp. obisse, neminem tam flagranti desiderio celebra-
 tum. ¹⁶ idque & sibi & cunctis egregium, si modus adijceretur. ¹⁷ non enim eadem decora prin-
 cipibus viris & imperatori, populoque. modicis domibus, aut ciuitatibus, conuenisse recenti do-
 lore luctum, & ex merore solatia: sed referendum iam animum ad firmitudinem, ut quondam
 diuus Iulius amissā unicā filiā, ut diuus Augustus ereptis nepotibus, abstruserint tristitiam. Nil
 opus

Magno ho-
nore om-
nium in de-
functum;

Amore, in
conuicem
& liberos
vivos.

Cap. 5.

Quærela
populi de
Tiberio.

Qui parcus
visus in ho-
norandis
reliquis.

Cap. 6.

Excusat,
& erigit
populum
edicto.

reos manibus gestabant, candelas, funalia, faces. Do-
 natus id obtinuisse eo censet, quia noctu olim cadauera
 solita efferrī. Super hoc more EXCURS. in A.

8. SINE INSIGNIBUS MAGISTRATVS.] Id est,
 sine togā pretextā, sine anulis, sine lato clauo. Quæ
 omnia accuratè mihi dicta in scripto De funeribus
 singulari.

9. SOLVM AVGVSTI SANGVINEM.] Non verè:
 plures erant, ut Lepidi & Silani ex Iulia nepte. sed
 reliquos velut degeneres, credo, arguunt, hanc solam
 Augusto dignam.

10. TICINVM VSQVE.] Vide quedam non vul-
 gata apud Valerium Maximum, lib. v. cap. v.

11. CLAVDIORVM IVLIORVMQVE IMA-
 GINES.] Drusus hic in Iuliam familiam ne adoptione
 quidem venit. unde ergo in pompā funebri imagines
 illi gentis Iulie? nisi fortè quia mater deducta in do-
 mum Augusti. Hec & talia de summo pectore dici
 possunt: at mihi nondum euiluit coniectura mea, Li-
 uiorum: Causā duplici. primū, non preposuisset
 Claudios Iulius Tacitus. id nefas. deinde cū à patre
 latae imagines, cur omisse à matre? quæ præsertim
 antiquæ, & multæ?

12. NON FRATREM.] Scribe, fratres. nisi sui &
 historie oblitus Tacitus. Duo enim Germanico super-
 stites fratres, Claudius naturā, adoptione Drusus.
 semperque, eo nomine etiam hunc noster insignit. Scri-
 psit autem supra, Drusum & Claudium Tarracinam
 usque progressos.

13. TORO EFFIGIEM.] Ritum fuisse arbitror, ut
 si cadauer adhuc vegetum & coloratum, ipsum in to-
 ro sine lecto ostenderetur: sin autem (ut in peregrè fun-
 ctis, aut diu functis) aut non esset cadauer, aut decorè
 proponi non posset, tum effigies cerea eius loco in lecto
 ostenderetur. Colligo ex hoc loco, tum Dionis de Au-
 gusto, qui Nole obierat: Lectus erat, inquit, ex auro
 & ebore, purpureis auratisque stragulis: in cuius

imā parte cadauer arcæ inclusum latebat; effigies
 autem eius cerea, triumphali habitu supra appa-
 rebat. Idem in Pertinacis funere, quod ei Seuerus sol-
 lenniter duxit, adnotauit idem scriptor, & in ipsius
 Seueri Herodianus.

14. VEL DOLORIS IMITAMENTA.] Simile in
 Claudij funere, lib. XII. Ceterum peractis tristitiæ
 imitamentis.

15. MONVIT EDICTO.] Ita moris atate illā, ut
 Princeps populum peccantem aut exorbitantem allo-
 queretur per libellum, coërceretque. Eo respicit meta-
 phora scita Seneca, epist. xcv. Præcepta sapientiæ,
 quæ affectus nostros velut edicto coërcent & ob-
 ligant. & caue quidquam ibi mutes.

16. IDQVE ET SIBI ET CVNCTIS.] An non ma-
 gis, & functis? in vulgata mihi frigus.

17. NON ENIM EADEM DECORA.] Sententia
 commoda non eadem decere Principes viros primoresque,
 in republicā, & ipsum Imperatorem; eadem inquam,
 quæ populum. Huic luctum permitti, at non illis. Planè
 hoc ipsis Tiberij verbis quasi expressum voluit Pedito,
 illius aui poeta.

Non eadem vulgusque decent, & culmina
 rerum.

Ennius poeta, apud D. Hieronymum:

Plebs hocce regi antistat; in loco licet

Lacrimare plebi, regi honestè non licet.

Similia Euripides in Iphigenia, ubi Agamemnon
 profatur:

Η δὲ δὲσθηεῖα δ' ὅς ἔχει τὴν χροῖσιν;

Καὶ τὸ δακρῦσαι παθίως αὐτοῖς ἔχει

Ἄνοθα τ' εἰπεῖν. Τὰ δὲ θρηναῖα φύσιν

* Ἄπαντα ταῦτα. Τὰ τ' ὄχλα δακρυόμην.

Ἐγὼ τὸ δὲ κλαεῖν μὴ αἰδύμαι δάκρυ.

Plebeia fors quā præstat alibi nobili?

Collacrimare namque iis facile licet,

Et misera fari verba. Contrā, nobili

* Sic lego.

opus vetustioribus exemplis: quoties populus Romanus clades exercituum, interitum ducum, A funditus amissas nobiles familias constanter tulerit. Principes mortales, Remp. aeternam esse. proin repeterent sollemnia: & quia ludorum¹⁸ Megalensium spectaculum suberat, etiam voluptates re-

Cap. 7.
Iustitiam
omissum.

sumerent. Tum exuto iustitio, reditum ad munia: & Drusus Illyricos ad exercitus profectus est, erectis omnium animis petendæ à Pifone ultionis: & crebro questu, quod va- gus interim per amœna Asiæ atque Achaïæ, adroganti & subdolâ morâ, scelerum pro- bationes subuerteret. Nam vulgatum erat missam, vt dixi, à Gn. Sentio famosam venefi- ciiis Martinam, subitâ morte Brundisi extinctam. venenumque nodo crinium eius oc- cultatum, nec vlla in corpore signa sumti exitij reperta.

Cap. 8.
Piso ad Dru-
sum abiit,
purgandi sui
causâ.

At Pifo, præmissio in urbem filio, datisque mandatis, per quæ principem molliret, ad Drusum pergit; quem haud fratris interitu trucem, quàm remoto æmulo æquiores sibi sperabat. Tiberius quò in- tegrum iudicium ostentaret, exceptum comiter iuuenem,¹⁹ fuetâ erga filios familia- rum nobiles liberalitate auget. Drusus Pifoni, si vera forent quæ iacerentur, præcipuum

Septuossè ille
respondet, &
ex Tiberiano
prescripto.

int dolore suum locum respondit: sed malle falsa & inania, nec cuiquam mortem Ger- B manici exitiosam esse. Hæc palàm, & vitato omni secretis: neque dubitabantur²⁰ præ- scripta* & à Tiberio, cum incallidus alioqui & facilis iuuentâ, senilibus tum artibus vteretur.

* ei

Cap. 9.
At Pifo Ro-
mam venit,
oris & ani-
mi alacer.

Pifo Dalmatico mari tramisso, relictisque apud Anconam nauibus, per Picenum, ac mox Flaminiam viam, adsequitur legionem quæ è Pannoniâ in urbem, dein præsidio Africæ ducebatur: eaque res agitata rumoribus, vt in agmine atque iti- nere crebrò semilitibus ostentauisset. Ab Narniâ, vitandæ suspicionis, an quia pavidis consilia in incerto sunt, Nare ac mox Tiberi deuectus, auxit vulgi iras, quia nauem tu- mulo Cæsarum adpulerat; dieque, & ripâ frequenti, magno clientium agmine ipse, fe- minarum comitatu Plancina, & vultu alacres incessere. Fuit inter irritamenta inuidiæ domus foro imminens,²¹ festo ornatu, conuiuiumque & epulæ, & celebritate loci nihil occultum.

Cap. 10.
Postulatur à
pluribus.

Posterâ die, Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulauit. contrâ C Vitellius, ac Veranius, ceterique Germanicum comitati tendebant, nullas esse partes Trioni; neque se accusatores, sed rerum indices & testes, mandata Germanici perlatu- ros. Ille, dimissâ eius causâ delatione, vt priorem vitam accusaret obtinuit: petitum- que est à principe, cognitionem exciperet. quod ne reus quidem abnuebat, studia po- puli & patrum metuens. contrâ, Tiberium spernendis rumoribus validum, & con- scientiæ matris innexum esse: veraque, aut in deterius credita, iudice ab vno facilius discerni: odium & inuidiam apud multos valere. Haut fallebat Tiberium moles cog- nitio-

Idè, apud
Tiberium
iudicem.

Haud facilia ista. namque plebi nos damus, Ideoque lacrimare vereor & pudet.

At vero in Taciti verbis, legebam olim: Non enim decora eadem Principibus viris & imperatori po- pulo. Modicis domibus, &c. Populus imperator & princeps, Romani sunt: ideoque, contrâ, de modicis ciuitatibus mox sequitur. Probat Pichena, sed hoc amplius vellet: Populo quæ mod. d. a. ciuitatibus, Conuenisse, &c.

18. MEGALENSIVM SPËCTACVLVM SVBERAT.] Vides ergo multum temporis intercessisse à die mortis Germanici. Nam mortuus ipse extremo Nouembri. quod facillè colligo ex Suetonij verbis scribentis: Et vt fato functum palàm factum est, non solatiis vllis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit: dura- uitque etiam per festos Decembris mensis dies. id est, per Saturnalia, quæ medio Decembri. At Mega- lensium spectaculum, de quo nunc, incidit in Nonas Aprileis, per quas, LVDI. MATRI. MAG. vt in Calendario notatum.

19. SVETA ERGA FIL.] Mos igitur fuit, Principem donare aliquid filiis Præsidum, qui è prouinciis redi- rent, atque ipsum adirent. Exempla velim notari.

20. PRÆSCRIPTA ET A TIBERIO.] Melius, præscripta ei.

21. FESTO ORNATV.] Ob letitiam domini redeun- tis. Ornatum festum intelligit laurum & lucernas. Iuuenalis:

Ornentur postes, & grandi ianua lauro.

De lucernis vide quæ notavi in Electis, c. III. & adde egregium Arriani locum in Sermonibus Epicteti, l. I. D cap. XIX. Η'ξιω] δημαρχίας. πάντες οι ἀπαντῆς τες σιμῆδον], ἄλλος τες ὀφθαλμὸς καταφιλεῖ, ἄλλος τ' ἑάηλον, οι δ' ἄλλοι τὰς χεῖρας. Ἐρχε] εἰς οἶκον, εὐερίσκει λύχνος ἀπομύχνης. ἀναβαίνει εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὅπιθ' ἔκει. Id est: Tribunatum aliquis adeptus est. omnes obuij gratulantur, alius oculos, alius collum osculatur, serui manus. Domum ve- nit, inuenit collucentes lucernas. in Capitolium ascendit, sacrificat. Idem lib. II. Τέννον, ἀν σωθῆς, ἀψω λύχνος, ταῦτ' ἐστὶ τὰ τῶ φιλοσόφου. Μέγα σοῦ ἀγαθὸν εἶσαι σωθῆν, τοῖς τῶ λύχνον ἀπτεω ἀξίον. Nec lucernas solum in diebus eiusmodi festis, sed etiam funalia cereosq; accendebant. Panegyristes Lau- datione Theodosij: Quid portas virentibus fertis coronatas? quid aulaeis tardantes plateas, ac- censisque

A nitionis, quæque ipse famâ distraheretur. Igitur paucis familiarum adhibitis, minas ac-
 cufantium, & hinc preces audit, integramque; causam ad senatum remittit. Atque inte-
 rim Drusus rediens Illyrico, quamquam patres censuissent ob receptum Maroboduum,
 & res priore ætate gestas ut ouans iniret, prolato honore urbem intrauit. Post quæ, Sed ille à se
ad Senatum
reiecit. Cap. 11.
 reo ²² T. Arruntium, ²³ Fulcinium, Asinium Gallum, Æsernium, ²⁴ Marcellum,
²⁵ Sex. Pompeium patronos petenti, iisque diuersa excusantibus, M. Lepidus & L. Piso, Patroni reo.
 & Liuius Regulus adfuerunt: arrectâ omni ciuitate, quanta fides amicis Germanici,
 quæ fiducia reo, satim cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius: iis haut aliàs inten-
 tior populus, plus sibi in principem occultæ vocis, aut suspicaces silentij permisit.

Die senatus, Cæsar orationem habuit meditato temperamento. ²⁶ Patris sui legatum Cap. 12.
 atque amicum Pisonem fuisse, adiutoremque Germanico datum à se, auctore senatu, rebus apud Cæsaris ora-
tio ad patres,
flexa, callida,
verè Tibe-
riana.
 Orientem administrandis. illic contumaciâ & certaminibus asperasset iuuenem, exituque eius
 letatus esset, an scelere extinxisset, integris animis dijudicandum. Nam si legatus officij ter-
 minos, obsequium erga imperatorem exiit, eiusdemque morte, & luctu meo letatus est; odero,
 seponamque à domo meâ, & priuatas inimicitias, ²⁷ non Principis vliscar. Sin facinus in ci-
 uisumque mortalium nece vindicandum detegitur: vos verò & liberos Germanici, & nos
 parentes iustis solatiis adfucite. simulque illud reputate, turbidè & seditiosè tractauerit exer-
 citus Piso, quæsitâ sint per ambitionem studia militum, armis repetita prouincia; an falsa
 hæc in maius vulgauerint accusatores. quorum ego nimis studiis iure succenseo. Nam quò perti-
 nuit, nudare corpus & contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos,
 tamquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista, & scrutanda sunt? Desleo equidem
 filium meum, semperque desleo: sed neque reum prohibeo, quò minus cuncta proferat, quibus
 innocentia eius subleuari, aut si qua fuit iniquitas Germanici, coargui possit. Vosque oro, ne,
 quia dolori meo causa connexa est, obiecta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos propin-
 quus sanguis, aut fides sua patronos dedit, quantum quisque eloquentiâ & curâ valet, iuuate
 periclitantem. Ad eundem laborem, eandem constantiam accusatores hortor. Id solum Germa-
 nico super leges præstiterimus, quòd in curiâ potius quàm in foro, apud senatum quàm apud
 iudices, de morte eius anquiritur: cetera pari modestiâ tractentur. nemo Drusi lacrymas, nemo
 maestitiam meam spectet, nec si qua in nos aduersa finguntur. Exin biduum criminibus obii-
 ciendis statuitur, utque sex dierum spatio interiecto, reus per triduum defenderetur. Cap. 13.
Accusato-
rum oratio,
& crimina-
tio.
 Tum Fulcinus vetera & inania orditur, ambitiosè, auareque habitam Hispaniam. quòd
 neque conuictum noxæ reo, si recentia purgaret; neque defensum absolutioni erat, si
 teneretur maioribus flagitiis. Post quem ²⁸ Seruæus, & Veranius, & Vitellius, consimili
 studio, sed multâ eloquentiâ Vitellius, obiecere, odio Germanici, & rerum nouarum stu-
 dio,

centis que funalibus auctum diem referam? ubi ex
 optimo libro lego, aulæis videntes plateas.

22. T. ARRVTIVM.] Nicolaus Faber,
 vir quem Probitas & Eruditio iuxta amant (veris, nec
 ambitiosis laudibus vtor) Notis ad Senecam patrem
 legendum censet, Lucium, non, Titum. verisimè.
 est illustris ille vir, Senator & Consularis, Augusti
 iudicio dignus Principatu: Tacito nostro sæpe no-
 minatus.

23. FVLGINIVM.] Quid? Fulcinium Trionem
 patronum petit Piso? atque is accusationem eius petijt,
 obtinuitque. & mox etiam exsequitur. Ambigo de le-
 ctione, nisi alius aliquis Fulcinus ab isto.

24. MARCELLVM.] Eprum nomine: cuius cele-
 bre ingenium in foro.

25. SEX POMPEIVM.] Est ille, qui supra cum
 Apuleio consul. quem Valerius Maximus amicum pa-
 tronumque suum nimis plenâ manu laudat lib. IV.
 cap. VII. Vocat clarissimum ac disertissimum virum,
 & addit: A quo omnium incrementa commo-
 dorum vltro oblata cepi: per quem tutior aduer-

sus casus steti: qui studia nostra dictu & auspiciis
 suis lucidiora & alacriora reddidit. & satis facun-
 de dicta, quæ sequuntur. Et lib. II. cap. I. adsignificat
 proconsulem eum Asiæ fuisse, comite se. vocat ibi, vi-
 rum ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quo-
 que laudibus instructissimum: additque, facundissi-
 mum sermonem ore eius, quasi è beato quodam
 eloquentiæ fonte manasse. Nec dissentit * Onidius,
 qui vitam illi suam fortunamque, non vno loco refert
 acceptas. ut appareat hunc Sextum amicum vnicè
 fuisse Musis studiisque: & ideo à nobis fugitiuam me-
 moriam eius non frustra retractam.

26. PATRIS SVI LEGATVM.] In Hispaniâ, ut
 apparet ex sequentibus.

27. NON PRINCIPIS VLSICAR.] Ita emen-
 dauimus. tamen cum vetus lectio sit, noui Principis:
 aptius, ut nunc censeo, ex eâ feceris, non ut Prin-
 ceptus: siue maius, non vi Principis. Non vtar po-
 testate, quam Princeps habet: sed noxas mihi illatas,
 ut priuatus vliscar.

28. SERVÆVS.] De hoc ipso Tacitus lib. VI. Quin-
 tus

dio, Pisonem vulgus militum, per licentiam & sociorum iniurias, eò usque corrupisse, ut parens A legionum à deterrimis appellaretur: contra, in optimum quemque, maximè in comites & amicos Germanici, seuisse. postremò ipsum deuotionibus & veneno peremisse: sacra hinc & immolationes nefandas ipsius atque Plancina: petitam armis Remp. utque reus agi posset, acie victum.

Cap. 14.

Quam haud usquequaq; reus est.

In eum indices haud prouidi, & populus offensus.

Defensio in ceteris trepidauit. nam neque ambitionem militarem, neque prouinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem aduersum imperatorem inficiari poterat: solum veneni crimen visus est diluisse. quod ne accusatores quidem satis firmabant, in conuiuio Germanici, ²⁹ cum super eum Piso discumberet, infectos manibus eius cibos arguentes. quippe absurdum videbatur, inter aliena seruitia, & tot adstantium visu, ipso Germanico coram id ausum: offerebatque familiam reus, & ministros in tormenta flagitabat. Sed iudices per diuersa implacabiles erant. Cæsar ob bellum prouinciæ inlatum: Senatus, numquam satis credito, sine fraude Germanicum interiisse. ³⁰ scripsissent exostulantes: quod haud minùs Tiberius quàm Piso abnuere. Simul **B** populi ante curiam voces audiebantur, non temperatos manibus, si patrum sententias euasisset: ³¹ effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias ac diuellebant, ni iussu principis protectæ repositæque forent. Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætoris cohortis

Cap. 15.

Plancina à marito causam suam diuellit. Ipse tamen defensionem iterat.

Nec aures aut mentes mitiores reperit.

deductus est: vario rumore, custos salutis, an ³² mortis exactor sequeretur. Eadem Plancino inuidia, maior gratia: eoque ambiguum habebatur, quantum Cæsari in eam liceret. Atque ipsa, donec mediæ Pisoni spes, sociam se cuiuscumque fortunæ, & si ita ferret, comitem exitij promittebat. ut secretis Augustæ precibus veniam obtinuit; paullatim segregari à marito, diuidere defensionem cœpit. Quod reus postquam sibi exitiabile intelligit, an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis durat mentem, senatumque rursus ingreditur: redintegratamque accusationem, infensas patrum voces, aduersa & sæua cuncta perpeffus, nullo magis exterritus est, quàm quòd Tiberium sine miseratione, sine irâ, obstinatum clausumque vidit, ne quo adfectu perrumperetur. Relatus domum, tamquam defensionem in posterum meditaretur, pauca conscribit, obsignatque, & liberto tradit. Tum solita curando corpori exsequitur. dein **C**

Cap. 16.

Igitur se ipse absoluit. Sermo in Tiberium, qui mihi verissimus.

multam post noctem, egressâ cubiculo vxore, opperiri fores iussit: & cœptâ luce, per fossa iugulo, iacente humi gladio, repertus est. Audire me memini ex senioribus, visum sæpius inter manus Pisonis libellum, quem ipse non vulgauerit, sed amicos eius dictitauisse, litteras Tiberij, & mandata in Germanicum continere: ³³ ac destinatum promere apud patres, Principemque arguere, ni elusus à Sciano per vana promissa foret. nec illum sponte extinctum, verum immisso percussore, quorum neutrum adseuerauerim: neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad iuuentam durau-

tus Seruæus post hæc, & Minutius Thermus inducti. Seruæus praturâ functus & quondam Germanici comes.

29. CVM SVPER EVM PISO.] Interior ergo discubuit Germanicus, ut dignissimus. de quo ordine sedendi non omnia mihi dicta in Conuiuio: dicam alibi: plenè & apertis tibiis.

30. SCRIPSISSENT EXPOSTVLANTES.] Alieno loco hæc inserta. Mihi sententia præclare reddi videtur, si iis amotis legas: Senatus, numquam satis credito sine fraude Germanicum interiisse: simul populi ante Curiam voces audiebantur. Quò tamen illa quæ superant remittenda sint, mihi non liquet.

* Exactor, simpliciter: i. credo, qui

fructus prædiorum, nomina pecuniasque exitit.

31. EFFIGIESQVE PISONIS.] Id solet in damnatis. Iuuenalis:

descendunt statuæ restemque sequuntur.

32. MORTIS EXACTOR SEQUERETVR.] Exactor, qui prepositus ad exigendum per faciendumque, & quasi custos. Linius lib. I. De Bruto filios plectente: Et qui spectator erat amouendus, eum ipsum for-

tuna exactorem supplicij dedit. Plinius lib. IX. epistolâ ad Paullinum: Ac deinde ex meis aliquos operis exactores, custodes fructibus ponam. Roma marmor epitaphium,

M. AVRELIVS. AVGG. NN.

LIB. EPAPHRODITVS

EXACTOR. OPERVM. DOM. NN.

D Tacitus in supplicij serè usurpat, ut l. XI. Denuntiat centurionibus qui aderant, exequi cædem. custos & exactor è libertis Euodus datus. Ambrosius lib. de Tobia cap. IX. Dum vadis cum aduersario tuo ad magistratum, da operam liberari ab illo, ne fortè producat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Sed & * ἀσλός reperio, quasi muneris nomen, Exactor. ut in Museo carpensi,

SEX. POMPEIVS. FAVSTVS.

SEX. POMPEI. EXACTOR.

33. AC DESTINATVM PROMERE.] Eiusdem sententia fuit, quod Suetonius scripsit, in Tib. cap. LII. Quem (Pisonem) mox huius criminis reum putant

A rauerunt. Cæsar flexo in mæstitiam ore, suam inuidiam tali morte quæsitam apud senatum, crebrisque interrogationibus exquirat qualem Piso diem supremum, noctemque exegisset. ³⁴ * Atque illo pleraque sapienter, quædam inconsultius respondente, recitat codicillos à Pisonè in hunc fermè modum compositos. *Conspiratione inimicorum & inuidiâ falsi criminis oppressus*, ³⁵ quatenus *veritati & innocentie meæ nusquam locus est, deos immortales testor, vixisse me Cæsar cum fide aduersum te, neque aliâ in matrem tuam pietate: vosque oro liberis meis consulatis. ex quibus Cn. Piso qualicumque fortuna meæ non est adiutus, cum omne hoc tempus in vrbe egerit: M. Piso repetere Syriam dehortatus est. atque utinam ego potiùs filio iuueni, quàm ille patri seni cessisset! eò impensius precor, ne meæ prauitatis penas innoxius luat. Per quinque & quadraginta annorum obsequium*, ³⁶ per collegium consularis quondam diuo Augusto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quidquam post hæc rogaturus, salutem infelicis filij rogo. De Plancinâ nihil addit. Post quæ Tiberius adolescentem crimine ciuiliis belli purgauit: patris quippe iussa, nec potuisse filium detractare: simul nobilitatem domus, etiam ipsius, quoquo modo meriti, grauem casum miseratus.

B Pro Plancinâ cum pudore & flagitio differuit, matris preces obtendens: in quam optimi cuiusque secreti questus magis ardescebant. *Id ergo fas auia, interfetricem nepotis adspicere, adloqui, eripere senatui: quod pro omnibus ciuibus leges obtineant, vni Germanico non contigisse. Vitellij & Veranij voce desletum Cæsarem; ab Imperatore & Augustâ defensam Plancinam. proinde Venena & artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam, in liberos eius, egregiamque auiam ac patruum sanguine miserrimæ domus exsatiaret.* Biduum super hæc imagine cognitionis absumentum; vrgente Tiberio liberos Pisonis, matrem vti tuerentur. Et cum accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo, miseratio quàm inuidia augebatur. Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta Consul (nam referente Cæsare, ³⁷ magistratus eo etiam munere fungebatur) nomen Pisonis radendum fastis censuit: partem bonorum publicandam, pars vt Gn. Pisoni filio concederetur, ³⁸ isque prænomen mutaret. M. Piso ³⁹ exutâ dignitate, & accepto ⁴⁰ quinquagies sestertio, in decem annos* relegatur, concessâ Plancinæ incolumitate ob preces Augustæ. Multa ex eâ sententiâ mitigata sunt à Principe: ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonij qui bellum patriæ fecisset, Iuli Antonij qui domum Augusti violasset, manerent. & M. Pisonem ignominia exemit, concessitque ei paterna bona; satis firmus, vt sæpè memorauimus, aduersum pecuniam, & tum pudore absolutæ Plancinæ placabilior. Atque idem, cum Valerius Messallinus signum aureum in æde Martis Ultoris, Cæcina Seuerus aram Ultioni statuendam censuissent, prohibuit: ob externas ea victorias sacrari dictitans, domestica mala tristitiâ operienda. Addiderat Messallinus, Tiberio, & Augustæ, & Antonia, & Agrippinæ Drusoque, ob vindictam Germanici, grates agendas, omiseratque Claudij mentionem. & Messallinum quidem L. Asprenas senatu coram percontatus est, an prudens præterisset? ac tum demum nomen Claudij adscriptum est. Mihi, quanto plura recentium seu veterum reuoluo, tanto magis ludibria

* Desunt quædam. i. i. senis ad Cæsarem tabella.

Cap. 17. Piso filius absoluitur.

Plancina precibus eripitur.

Sententia in Pisonem.

* relegatur. Cap. 18.

Quas Tiberius misergat.

Claudium adulatione im. prudenter præterit, post principem.

D tant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent. loco hodie non corrupto solum, sed defecto. conatur tamen ingeniosè Torrentius: ni Seianus secretò obstaret.

34. ATQUE ILLO PLERAQUE.] Non fugiet corruptio loci attentum lectorem. Quis enim erit, ad quem hæc referantur, Atque illo? nullum cerè nomen præiuit. Puto mutila esse. nisi sint; scribe. Atque filio. Est enim εὐλογοῦν filium Pisonis attulisse parentis codicillos, & ab eo quæsisse Tiberium singulatim de morte.

35. QVATENVS VERITATI.] Melius, quatinus: id est, quoniam.

36. PER COLLEGIVM.] Qui an Augusto collega, an quia Tiberio ipsi? Virumque enim verum. & consul cum Augusto fuit anno DCCXXXI. consul iterum cum Tiberio, DCCXLVII.

37. MAGISTRATVS ETIAM.] Non vanè id notat. prisco enim more, magistratus à iudicandi onere immunes. Cicero in Verrem actione 1. & alij.

38. ISQVE PRÆNOMEN MUTARET.] Quod & factum. nisi Dio mihi imponit, qui libro LX. Lucium (non Cn. eum) Pisonem Cn. Pisonis & Plancinæ filium præfuisse Africæ sub Claudio tradidit.

39. EXVTA DIGNITATE.] Senatoriâ videlicet. Ita inferius scriptum, exuere ordinem.

40. QVINQVAGIES SESTERTIO.] Sunt nobis, centum viginti quinque millia Philippicùm. Videtis opes eius eui, etiam ab hoc exemplo: & quomodo vel exsuli prouisum. Verè ergo Seneca: Eò temporum luxuria prolapsa est, vt maius viaticum exulum sit, quàm olim patrimonium Principum fuit.

Cap. 19.

Drusus
ouans int.

Cap. 20.

Bellum in
Africa in-
stauratum
Tacfarinate
duce.

Cohors Ro-
mana fusca:

Cap. 21.

Quam leci-
mat A. ro-
nius.
Ea seuerita-
te, pauci ho-
stem pro-
turbant.

bria rerum mortalium cunctis in negotiis obuersantur. quippe famâ, spe, veneratione A
potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum principem fortuna in oc-
culto tenebat. Paucis post diebus Cæsar auctor senatui fuit, Vitellio, atque Veranio,
& Seruæo sacerdotia tribuendi: Fulcinio suffragium ad honores pollicitus, monuit, ne
facundiam violentia præcipitaret. Is finis fuit vlciscendâ Germanici morte, non modò
apud illos homines qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore iactatâ.
41 adeò maxima quæque ambigua sunt, dum alij quoquo modo audita pro compertis
habent; alij vera in contrarium vertunt. & gliscit vtrumque posteritate. 42 At Drusus
vrbe egressus repetendis auspiciis, mox ouans introiit. paucosque post dies Vipsania
mater eius excessit, vna omnium Agrippæ liberorum 43 miti obitu. nam ceteros manife-
stum ferro, vel creditum est, veneno aut fame extinctos. Eodem anno Tacfarinas,
quem priore ætate pulsum à Camillo memoravi, bellum in Africâ renouat, vagis pri-
mùm populationibus; & ob pernicitatem inultis: dein vicos excindere, trahere graues
prædas: postremò haut procul 44 Pagydâ flumine, cohortem Romanam circumfedit.
Præerat castello Decrius, impiger manu, exercitus militiâ, & illam obsidionem flagitij
ratus. Is cohortatus milites vt copiam pugnæ in aperto facerent, aciem pro castris in-
struit. Primoque impetu pulsâ cohorte, promptus inter tela occursum fugientibus, incre-
pat signiferos, quòd inconditis aut desertoribus miles Romanus terga daret. simul exce-
pta vulnera. & quamquam transfosso oculo, aduersum os in hostem intendit, neque
prælium omisit, donec desertus suis caderet. Quæ postquam L. Apronio (nam Ca-
millo successerat) comperta; magis dedecore suorum, quam gloriâ hostis anxius, raro eâ
tempestate & è veteri memoriâ facinore, decumum quemque ignominiosæ cohortis,
45 sorte ductos, fuste necat. Tantumque seueritate profectum, vt vexillum veteranorum
non amplius quingenti numero, eadem Tacfarinatis copias, præsidium, cui Thala
nomen, adgressas fuderint. quo prælio Rufus Heluius gregarius miles seruati cuius de-
cus rettulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hastâ. Cæsar addidit ciuicam
coronam, quòd non eam quoque 46 Apronius iure proconsulis tribuisset, questus C
magis

* Ad Attic.
lib. vii.
cp. 1.

* C. LXIII.

* Ad Atti-
cum, l. vii.
epist. vii.

41. ADEO MAXIMA QUÆQUE.] *Similis querela Thucydidis l. i. Oĩ zō anθρωποι τὰς ἀποαὲς τῆς πολεμικῆς ἀπορίας, καὶ τὴν ἐπιχώρια σφίσι ἢ, ὁμοίως ἀβασανίσως παρ' ἀλλήλων δέχον.* & statim: Οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἢ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἔτοιμα μᾶλλον ζέπον. nec dubium, quin ad hæc loca respexerit noster.

42. AT DRVSVS VRBE EGRESSVS.] *Quæras, quo hæc egressio & reditio? Ad morem priscum, quo obtinuit, vt qui è prouinciis cum imperio redirent, illud ipsum amitterent simul intrassent urbem. Ideo Linius libro xxvi. Quinto Fulvio ne minueretur imperium, si in urbem venisset, decreuit Senatus. Et magis ad lucem Taciti, quod Dio lib. lvi. tradit, Augusto decretum perpetuum Proconsulare imperium, ita vt nec si intra urbem venisset, minueretur, necve necessum esset (vt ipse loquitur) ἀναστῆσαι τὴν ἀρχήν. id est, renouare, siue vt Tacitus, repetere auspicia. Nam auspicij nomine etiam imperium hic cape. Sed cui rei Druso opus fuit repetito imperio? ad ouationem. Nam qui triumphans ouansve urbem ingreditur, cum imperio id facit in illum diem: Drusus autem imperium amiserat ingressus urbem ob fratris sui mortem. Debit ergo repetere, vt ouaret. Eius sententiæ sunt, quæ apud Ciceronem legis, spem triumphij adijcientem: * Vt eâ portâ, quam primam videro. & apud Cælium: Neque enim stultè Appius, qui simul atque Dolabella accessit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique postulationem abiecerat. Apud Vlpianum, l. vii. De off. Proconsul.*

Proconsul portam Romæ ingressus deponit imperium. Iterum apud * Ciceronem: Mihi valdè placet de triumpho nos moliri aliquid, & extra urbem esse cum iustissimâ causâ.

43. MITI OBITV.] *Miti obitu, id est, citra vim, & ex fato. Sed videamus. M. Agrippa tres uxores fuerunt. Prima, Pomponia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio Triumuiro. ex eâ genuit Vipsaniam, de quâ hic, Drusi matrem. Altera, Marcella Octauia filia. ex eâ quoque liberi, si Suetonio fides deseruè id in * Augusto tradenti. etsi nihil de iis postea reperias, & videatur ea proles non fuisse vitalis. Tertia uxor, Iulia. ex eâ nati Caius & Lucius Cæsares, Postumus Agrippa, Agrippina & Iulia. In his plerisque vera Taciti nota. Caius enim & Lucius veneno crediti perijisse; Agrippina, fame; Postumus, ferro. Iuliam excipio, cuius mortem libro iv. ita narrat ipse Tacitus vt ex naturâ videatur, ferri aut veneni nullâ mentione.*

44. PAGYDA FLVMINE.] *Quem alio nomine Belum dici Plinius ait.*

45. SORTE DVCTOS.] *Totidem Sallustiana verba Seruius citat, Sorte ductos fuste necat. quod ad Crassum referendum videri in decimatione cohortis vnus verè obseruauit noster Donza.*

46. APRONIVS IURE PROCONSVLIS.] *Huc refer illud Suetonij, cap. xxxii. Corripuit Consulares exercitibus præpositos, quòd de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi ius haberent.*

A magis, quàm offensus. Sed Tacfarinas percussis Numidis, & ⁴⁷ obsidia aspernantibus, spargit bellum; vbi instaretur, cedens, ac rursus in terga remeans: & dum ea ratio barbaro fuit, inritum fessumque Romanum impunè ludificabatur. Postquam deflexit ad maritimos locos; inligatus prædâ, statuis castris hærebat. missuque patris Apronius Cæsius cum equite & cohortibus auxiliariis, quibus velocissimos legionum addiderat, prosperam aduersum Numidas pugnam facit, pellitque in deserta. At Romæ Lepida, cui super Æmiliorum decus L. Sulla ac Cn. Pompeius proavi erant, defertur simuluisse partum ex P. Quirinio diuite atque orbo. adiciebantur adulteria, venena; ⁴⁸ quæsitumque per Chaldæos in domum Cæsaris, defendente ream Manio Lepido fratre. Quirinius ⁴⁹ post dictum repudium adhuc infensus, quamuis infami ac nocenti miserationem addiderat. Haut facile quis despexerit illâ in cognitione mentem Principis: adeò vertit ac miscuit iræ & clementiæ signa; deprecatus primò senatum, ne maiestatis crimina tractarentur. Mox M. Seruilium è consularibus, aliosque testes inlexit ad proferenda, quæ velut recitari voluerat. * idemque seruos Lepidæ, cum ⁵⁰ militari custodia haberentur, transtulit ad consules: neque per tormenta interrogari passus est, de his quæ ad domum suam pertinerent. Exemit etiam Drusum ⁵¹ consulem designatum dicendæ primo loco sententiæ. quod alij ciuile rebantur, ne ceteris adsentiendi necessitas fieret: quidam ad sæuitiam trahebant. neque enim cessurum nisi damnandi officio.

Lepida ludorum diebus, qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris feminis ingressa, lamentatione flebili maiores suos ciens, ipsumque Pompeium, cuius ea monimenta & adstantes imagines viscebantur, tantum misericordiæ permouit, vt effusi in lacrymas sæua & detestanda Quirinio clamitarent, cuius senectæ atque orbitati ⁵² & obscurissimæ domui, ⁵³ destinata quondam vxor L. Cæsari, ac diuo Augusto nurus, dederetur. dein tormentis seruorum patefacta sunt flagitia, itumque in sententiam Rubellij Blandi, à quo aqua atque igni arcebatur. Huic Drusus adsensit, quamquam alij mitius censuissent, mox Scauro, qui filiam ex eâ genuerat, datum, ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius, compertum sibi etiam ex P. Quirinijs seruis, veneno eum à Lepidâ petiit. Inlustrium domuum aduersa (etenim haut multum distant tempore Calpurnij Pisonem, Æmilij Lepidam amiserant) solatio adfecit D. Silanus Iuniæ familiæ redditus. casum eius paucis repetam. Vt valida diuo Augusto in Remp. fortuna; ita domi improspira fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis, quas vrbe depulit, adulterosque earum morte aut fugâ puniuit. nam culpam inter viros ac feminas vulgatam, graui nomine læsarum religionum, ac violatæ maiestatis appellando,

Cap. 22.
Lepida accusatur suppositi partus:
Et maiestatis.

Tiberius perplexè agit.
* itemque

Cap. 23.

Miseratio populi in Lepidam.

Sed reâ conuenitur, & damnatur.

Cap. 24.
Iunius Silanus exsilij veniam impetrat.

47. OBSIDIA ASPERNANTIBVS.] Id est, cum nolent obsidere aut oppugnare ultra præsidia Romana, malè bis terq; accepti.

48. QUÆSITVMQVE PER CHALDÆOS.] Quod semper capitale. Cui enim opus perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid aduersus illum cogitatur, vel optatur, aut post illam speratur & sustinetur? Non enim eâ mente de caris consulti-tur, quâ de dominis, ait appositè ad hanc rem Tertullianus.

49. POST DICTVM REPVDIVM.] Non ita capies, quasi alibi dixerit de eo repudio: sed Dicere repudium usurpat, quod Mittere vulgò. id est, postquam repudiasset eam Quirinius. Repudiarat autem ante annos xx. Suet. Tib. cap. XLIX.

50. MILITARI CVSTODIA.] Militarem custodiam vti se habuit paullo vberius explicauit: non tibi veterane, sed tibi tiro, in EXCVRS. nostris: quos utiliter & ad alia Taciti vide, in B.

51. CONSVLEM DESIGNATVM.] Appianus: Σιλανός μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγε, δεῖς ἐς τὸ μέλλον ἦρτο ὑπατεύειν. ὡς δὲ τῶν Ῥωμαίων ὁ μέλων ὑπατεύσει

πρῶτος εἰσφέρει γνώμην, ὡς αὐτὸς οἶμαι πολλὰ τῶν κυριαρχῶν ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τῆς δὲ ἐυβαλότερον τε καὶ εὐλαβέστερον ἐπισημειώμενος περιέκασε: Silanus primus sententiam dixit, qui in sequentem annum Cos. designatus erat. Ita enim apud Romanos futuri anni Consul primus censet; vt qui ipse multa è consultis patraturus sit, ideoque putatur cautiùs magisque intentè de singulis cogitaturus.

52. ET OBSCVRISSIMÆ DOMVI.] Abundè infra hoc ipso libro.

53. DESTINATA Vxor L. CÆSARI, AC DIVO AVGVSTO NVRVVS.] Non alibi quàm in lapide repperi hanc historiam, qui Bergomi visitur.

PVDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICVS. PROCVRATOR. ERAM. LEPIDÆ MORESQUE. RECEBAM. DVM. VIXI. MANSIT. CÆSARIS. ILLA. NVRVVS. PHILOGVS. DISCIPVLVS.

Post damnationem demum positus lapis videtur: & Pudenti adscripta gloria, tamquam illo vino; Lepida casta, bona.

Qui adulter
in nepte
Augusti.

Cap. 25.
Papia lex
moderatio-
nem quarit.

Cap. 26.
Excursus ad
initia &
progressus
legum.

Quae pauca
primo, &
simplices.

Cap. 27.
Creuerunt
paullatim.

Studijs par-
tium, aut
odijs.

Sulla corre-
ptionem mo-
litur.

lando, clementiam maiorum suasque ipse leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, simul A
cetera illius ætatis memorabo, si effectis in quæ tendi, plures ad curas vitam produxe-
ro. D. Silanus in nepti Augusti adulter, quamquam non vltra foret sæuitum, quàm vt
amicitia Cæsaris prohiberetur; exsilium sibi demonstrari intellexit: nec nisi Tiberio
imperitante deprecari Senatam ac Principem ausus est, N. Silani fratris potentia, qui
per insignem nobilitatem & eloquentiam præcallebat. Sed Tiberius grates agenti Sila-
no, patribus coram respondit, se quoque lætari quòd frater eius è peregrinatione lon-
ginquâ reuertisset: idque iure⁵⁴ licitum, quia non senatusconsulto, non lege pulsus fo-
ret: sibi tamen aduersus eum integras parentis sui offensiones: neque reditu Silani, dif-
soluta quæ Augustus voluisset. Fuit posthac in vrbe, neque honores adeptus est. Relat-
um deinde⁵⁵ de moderandâ Papiâ Poppæâ, quam senior Augustus post Iulias roga-
tiones⁵⁶ incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat. nec ideò coniugia &
educationes liberum frequentabantur,⁵⁷ præualidâ orbitate. ceterum multitudo peri-
clitantium gliscebat, cum omnis domus delatorum interpretationibus subuerterentur:
vtque antehac flagitijs, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, vt de principijs
iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum peruen-
tum sit, alius differam. Vetustissimi mortalium, nullâ adhuc malâ libidine, sine pro-
bro, scelere, eoque sine pœnâ aut coërcitionibus agebant: neque præmijs opus erat, cum
honesta suoapte ingenio peterentur; & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per me-
tum verabantur. At postquam exui æqualitas, & pro modestiâ ac pudore, ambitio &
vis incedebat; prouenere dominationes: multosque apud populos, æternum mansere.
Quidam statim, aut postquam Regum pertæsum, leges maluerunt. Hæ primò rudi-
bus hominum animis simplices erant. maximeque fama celebrauit Cretenesium, quas
Minos: Spartanorum, quas Lycurgus: ac mox Atheniensibus quæsitiores iam & plures
Solon perscripsit. Nobis Romulus, vt libitum, imperitauerat: dein Numa religioni-
bus & diuino iure populum deuinxit; repertaque quædam à Tullo & Anco: sed præci-
pius Seruius Tullius sanctorum legum fuit, quibus etiam reges obtemperarent. Pulso Tar-
quinio aduersum patrum factiones multa populus parauit tuendæ libertatis, & firman-
dæ concordiæ: creatique decemviri, & accitis quæ vsquam egregia, compositæ duo-
decim tabulæ, finis æqui iuris. nam secutæ leges, etsi aliquando in maleficos ex deli-
cto, sapius tamen disensione ordinum, & apiscendi illicitos honores, aut pellendi cla-
ros viros. aliaque ob praua per vim latæ sunt. Hinc Gracchi, & Saturnini, turbatores
plebis: nec minor largitor nomine senatus Drusus; corrupti spe, aut inlusi per inter-
cessionem socij. Ac ne bello quidem Italico, mox ciuili omisso, quin multa & diuersa
sciscerentur; donec L. Sulla dictator, abolitis vel conuersis prioribus cum plura addi-
disset,

54. LICITVM, QVIA NON SC. NON LEGE.]
Obserua. triplex ratio, siue via, à patriâ abeundi. Pri-
mum, iussu decretoque Senatus, quasi reip. interesset.
Quæ ratio validissima, nec facile veniam aut indul-
gentiam inueniebat. Ideò Augustus in Agrippâ Po-
stumo, multa de moribus adolescentis quælitus, vt
exsilium eius Sc. sanciretur, perfecerat: *Annalium*
primo. Altera ratio, per iudices, sententiam ex
lege. Hæc quoque firma, & olim usurpata: at tertia
nouitia, cum Princeps in exsilium mittebat, quæ veriùs
relegatio tantum erat, & velut à parente publico
(nam & patribus domi ac priuatim hoc ius) facta.
Ouidius omnes tangit II. *Tristium*:
Nec mea decreto damnasti facta Senatus,
Nec mea Selecto iudice iussa fuga est.
Tristibus inuectus verbis (ita Principe dignum)
Vltus es offensas, vt decet, ipse tuas.
Adde, quòd Edictum, quamuis immite minax-
que,
Attamen in pœnæ nomine lenè fuit.

Quippe relegatus, non Exsul, dicor in illo
Gradatim ibi vides tres has species: & leuissimam ac
lenissimam tertiam, quæ auctoritate magis, quàm
iure constat. Cum tamen Edicta Principum vim
legis haberent: verbo Legis, & hanc speciem Tacit-
us est complexus: & cum nulla harum interuenis-
set; aperte quidem: Tiberius redeundi meritò gra-
tiam fecit.

55. DE MODERANDA PAPIA POPPÆA.] Lex
apud veteres in multâ famâ, & usu: de quâ vbertim
differimus in EXCURS. & multa ad Taciti aliorumque
lucem in C.

56. INCITANDIS CÆLIBVM POENIS.] Id est,
augendis atque intendendis.

57. PRÆVALIDA ORBITATE.] Quia id genus
omnes captabant, colebant. Seneca: In ciuitate nostrâ
plus gratiæ orbitas confert, quàm eripit: adeoque
senectutem solitudo ad potentiam ducit, vt qui-
dam odia filiorum simulent, & liberos seruent, &
orbitatem manu faciant.

A diffet, otium ei rei haut in longum parauit, statim turbidis⁵⁸ Lepidi rogationibus. neque multo post Tribunis reddita licentia, quoquo vellent populum agitandi. Iamque non modo in commune, sed in singulos homines late quæstiones: & corruptissimam Rep. plurimæ leges. Tum Gn. Pompeius tertium consul, corrigendis moribus dilectus, & grauior remedijs quàm delicta erant, suarumque legum⁵⁹ auctor idem ac subuersor, quæ armis tuebatur armis amisit. Exin continua⁶⁰ per viginti annos discordia, non mos, non ius, deterrima quæque impune, ac multa honesta exitio fuere. Sexto demum consulatu Cæsar Augustus potentia securus, quæ triumphatu iusserat, aboleuit: deditque iura quibus pace & Principe uteremur.⁶¹ acriora ex eo vincla, inditi custodes, &⁶² lege Papiæ Poppææ præmijs inducti* visi à priuilegijs parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret, sed altius penetrabant, urbemque & Italiam, & quod vsquam ciuium, corripuerant:⁶³ multorumque excisi status, & terror omnibus intentabatur: ni Tiberius statuendo remedio, quinque consularium, quinque è prætorijs, totidem è cetero senatu sorte duxisset. apud quos exsoluti plerique legis nexus, modicum in præsens leuamentum fuere. Per idem tempus Neronem è liberis Germanicam ingressum iuuentam, commendauit patribus; utque munere⁶⁴ capeffendi vigintiuiratus solueretur, &⁶⁵ quinquennio maturius quàm per leges Quæsturam peteret, non sine inrisu audientium postulauit.⁶⁶ Prætendebat sibi atque fratri decreta eadem, petente Augusto: sed neque tum fuisse dubitauerim, qui eiusmodi preces occulti inluderent. actamen initia fastigij Cæsaris erant:⁶⁷ magisque in oculis vetus mos, & priuignis cum vitrico leuior necessitudo, quàm auo aduersum nepotem.⁶⁸ Additur

Cap. 28.
Item Pompeius:

Denique Augustus, magis cum effectu.
* ut si
Ab eo hac Papiæ, immo didi seueræ.

Ergo Tiberius nunc temperat.

Cap. 29.
Nero Germanici filius in viros scribitur.

pon-

58. LEPIDI ROGATIONIBVS.] De quibus Florus lib. IV. & quedam Sallust. in Fragm.

59. AVCTOR IDEM AC SVBVERSOR.] Nam leges de Ambitu & Iudicijs tulit: & in suis amicis non seruauit, imò perripit. Ex Dione, Ascenio, alijs.

60. PER VIGINTI ANNOS DISCORDIA.] Rotundus numerus, non verus. Nam à Pompeij II. consulari ad Augusti VI. sunt inter anni XXIV.

61. ACRIORA EX EO VINCLA.] Assentior Pichene, aciora.

62. LEGE PAPIA POPPÆA PRÆMIIS INDUCTI.] Delatores scilicet accusatoresq. Suetonius Nerone, cap. X. Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redigit. ut appareat præmia magna fuisse, & fortean tertiam aut semissem.

63. MULTORVMQVE EXCISI STATUS.] Hoc est quod antea dixit, omnisque domus delatorum interpretationibus subuertebantur. Et calumnie multæ in hac lege circa ingenuitatis iura, & similia: ut periclitaretur non dubie multorum status. Plinius Panegyrico, de hisdem: Vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum. Non solitudinem illi nouiter, sed templum sed forum infederant: nulla iam testamenta secura, nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum Principum avaritia. Auertisti oculos, &c. Quibus in verbis emendo, Non solitudinem illi, non iter, quod perperam cooleuerat. nouiter. Itinera sanè insident obsidentq. grassatores.

64. CAPEFFENDI VIGINTIVIRATVS SOLVERE- TVR.] Non ergo aditus ad maiores honores, nisi illo adepto? apparet ex his verbis. itemq. è Dione de Claudio lib. LVIII. Τὰς γαμβροὺς τότε ἐν τοῖς εἰκοσίων ἀνδράσιν ἀρξαι, καὶ μετὰ τὸ τοιοῦτον ἀρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς, ἐκέλευε, καὶ ὁ ὑπεροπτε πέντε ἔτεσι θάσσον τὰς

ἀρχὰς αὐτῶν σφίσι ἐπέφερε: Generos suos iussit in Vigintiuiris esse, tum & Præfectos vrbi in ferijs Latinis, denique quinquennio maturius magistratus petere indulgit. Vigintiuiros aperuit nobis solus Dio LIV. Triumuiros Monetales, Triumuiros Capitales, Quattuoruiros Viales, Decemuiros Silitibus. Instituti sunt hoc numero ab Augusto (antea ad vigintis sex erant) anno DCCXLI. Dionem adi, atque etiam Festum in voce Præfecturæ: cuius locum Cuiacius emandauit lib. XI. Obseruat.

65. QVINQUENNIO MATVRIVS.] Vides ergo quàm aberret vir doctus & Italiae suæ Suada, qui negat legitimam ullam ætatem Quæsturæ fuisse. Fuit. præter hunc locum, Spartianus in Iuliano: Quæstor, ante annum quàm legitima ætas sinebat, designatus est. Sueton. in Calig. cap. I. Quæsturam quinquennio antequam per leges liceret, & post eam Consulatum statim gessit. Sed quænam illa? vide in EXCURS. D.

66. PRÆTENDEBAT SIBI.] Vide Dionem de Tiberio, lib. LIII. in actis anni DCCXXX. de Druso, lib. LIV. actis anni DCCXXXV.

67. MAGISQVE IN OCVLIS.] Quasi dicat. tamen alij non illudebant, & attendebant hæc initia & gradus ad Principatum esse. Quæsturam, inquam, extra ordinem aut ætatem datam, & solutionem à Vigintiuiratu; itemq. attendebant vetus & ab Augusto institutum, non recens à Tiberio; quod si ille fecisset, qui vitricus tantum istorum erat (Tiberij & Drusi): cur non Tiberius in nepotibus usurparet, magis iunctis? Nepotibus tamen, adoptione: cum sanguine propatruus eorum esset.

68. ADDITVR PONTIFICATVS.] De Nerone agit Germanici F. quem tamen ego Pontificem, in lapidibus, qui datâ operâ honori eius & memorie positi, non lego. Exstat urna (à Caligulâ, ut è Suetonio colligat, dicata) Romæ:

H

OSSA-

pontificatus, & ⁶⁹ quo primùm die forum ingressus est, congiarium plebi, admodum A
 læta, quòd Germanici stirpem iam puberem aspiciebat. Auctum dehinc gaudium,
⁷⁰ nuptijs Neronis & Iuliæ Drusi filia. Utque hæc secundo rumore, ita aduersis animis
 acceptum, ⁷¹ quòd filio Claudij focer Seianus destinaretur. polluisse nobilitatem fami-
 lia videbatur, suspectumque iam nimia spei Seianum vltro extulisse. Fine anni con-
 cessere vitâ insignes viri, L. Volusius, & Sallustius Crispus. Volusio vetus familia, neque
 tamen præturam egressa. ipse consulatum intulit, ⁷² censoriâ etiam potestate legendis
 equitum decurijs functus, opumque quâs domus illa immensum viguit, primus accu-
 mulator. Crispum equestri ortum loco, C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus
 auctor, fororis nepotem in nomen adsciuit. atque ille, quamquam prompto ad capeffen-
 dos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, sine dignitate senatoriâ multos triumphali-
 um, consulariumque potentiâ anteijt, diuersus à veterum instituto, per cultum & mun-
 ditias; copiaque & affluentia, luxu propior. suberat tamen vigor animi, ingentibus ne-
 gotijs par; eò acrior, quò somnum & inertiam magis ostentabat. Igitur incolumi Mæ- B
 cenate proximus, mox præcipuus cui secreta imperatorum inniterentur, & interfi-
 ciendi Postumi Agrippæ conscius, ætate prouectâ speciem magis in amicitia principis,
 quam vim tenuit. Idque & Mæcenati acciderat: fato potentia rarò sempiternæ: an sa-
 tias capit, aut illos cum omnia tribuerent, aut hos, cum iam nihil reliquum est quod
 cupiant. Sequitur Tiberij quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filij colle-
 gio insignis. nam biennio antè, Germanici cum Tiberio idem honor, neque patruo
 lætus, neque naturâ tam connexus fuerat. Eius anni principio Tiberius, quasi firman-
 dæ valetudini, in Campaniam concessit: longam & continuam absentiam paullatim
 meditans; siue vt amoto patre, Drusus munia consulatus solus impleret. Ac fortè parua
 res magnum ad certamen progressa, præbuit iuueni materiam apiscendi fauoris. Do-
 mitius Corbulo, præturâ functus, de L. Sullâ nobili iuvene questus est apud senatum,
⁷³ quòd sibi inter spectacula gladiatorum, loco non decessisset. pro Corbulone æ-
 tas, C

Pontifex fr.

 Cap. 30.
 Volusij &
 Sallustij
 mortes.

Elogia.

 Potentia au-
 la infida.

 Cap. 31.
 A. V. C.
 DCCLXXIV.

 Tiberius Ro-
 mæ secedit.

 L. Sulla im-
 modestia ac-
 cusatur:
 Quod prator
 viro non
 cessisset.

 OSSA.
 NERONIS. CÆSARIS
 GERMANICI. CÆSARIS. F
 DVL. AVG. PRON. FLAMIN
 AVGVSTALIS. QVÆSTORIS.

 Et in Hispaniâ marmor, quod amicus noster Carolus
 Clusius descripsit:

 NERONI. CÆSARI
 GERMANICI. F.
 TI. AVGVSTI. N. DVL. AVG.
 PRON. FLAMINI. AVGVSTALI
 SODALI. AVGVSTALI

 Vbi cum Flamen utrobique insculpatur, non Ponti-
 fex: subuereri in mentem venit, ne in cognato honore
 Tacitus si fortè aberrarit.

 * Fortè leg.
 cum ei

 69. QVO PRIMVM DIE.] Id est Tirocinij die, siue
 togæ virilis. quo, auspicij causâ, tirones à patre pro-
 ximisq; sollenni officio in forum deduci, & inde in
 Capitolium solent. Notat Plutarchus in Bruto: &
 Valerius Max. lib. v. cap. iv. M. Cotta eo ipso die
 quo togam sumpsit virilem, protenus vt e Capi-
 tolio descendit, C. Carbonem, à quo pater eius
 damnatus fuerat, postulauit. Suetonius in Augusto:
 Duodecimum & decimumtertium consulatum
 magno, id est, xvii. annorum interuallo, vltro pe-
 tijt, vt Caium & Lucium filios amplissimo præ-
 ditus magistratu, suo quemque tirocinio dedu-
 ceret in forum. In Tiberio: Romam reuersus, de-
 ducto in forum filio Druso. Munera etiam spor-
 tulasq; dari tirocinio solere, obseruabis hic ex Tacito,
 & Suetonij Nerone, cap. vii. Deductus in forum

 tiro, populo congiarium, militi donatium pro-
 posuit. & calig. c. x. Nec in Principum modo liberis,
 sed vulgo id seruatum, disco ex Plinio l. x. Epist. Qui
 virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel
 ineunt magistratum, solent totam bulen atque
 etiam è plebe non exiguum numerum vocare,
 binosque denarios vel singulos dare.

 70. NUPTIIS NERONIS.] Quod igitur supra est:
 Silani filiam Neroni vetustissimo liberorum Ger-
 manici pactam (l. ii.) pactam desponsamq; fuisse
 credimus, nuptiam deductamq; non fuisse. Aut si
 fuit, fatum abstulit, & locum huic fecit.

 71. QVOD FILIO CLAVDII.] Explicat Sueton.
 Claudij c. xxvii. Drusum Pompeis impuberem
 amisit, pyro per lusum in sublime iacto, & hiatu
 oris excepto: * cui & ante paucos dies Seiani fi-
 liam despondisset. ita enim eum locum in Antiquis
 olim restitimus. Vide infra, initium lib. iv. D

 72. CENSORIA ETIAM POTESTATE.] Munusne
 illud intellegit, quod Augustus instituit, Triumviratum
 recognoscendi equites? de quo Suetonius cap. xxxvii.
 An potius lectas ab eo decurias iudicum vult, (quod
 Censorium olim munus) honore à Principe dato?

 73. QVOD SIBI INTER SPECTACVLA.] In thea-
 tro olim discreta loca: nondum, vt vides, in Circo aut
 Amphitheatro. Alias, causâ non fuisset huic querela.
 Discreuit primus Claudius Imp. & in Circo, (Sue-
 tonij verba sunt cap. xxi.) propria Senatoribus
 constituit loca, promiscue spectare solitis. Tamen
 Augusti temporibus decretum Patrum fuit, vt quo-
 ties quid spectaculi vsquam publice ederetur,
 primus

Atas, patrius mos, studia seniorum erant : contra, Mamercus Scaurus & L. Arruntius, alijque Sullæ propinqui nitebantur. certabant orationibus, & ⁷⁴ memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notauissent : donec Drusus apta temperandis animis differuit, & satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullæ, & ⁷⁵ oratorum eâ ætate vberimus erat. Idem Corbulon plurima per Italiam itinera, ⁷⁶ fraude mancipum & incuriâ magistratuum interrupta & imperuia clamitando, ⁷⁷ executionem eius negotij libens suscepit. quod haut perinde publicè vsui habitum, quàm exitiosum multis, ⁷⁸ quorum in pecuniam atque famam damnationibus & hastâ sæuiebat. Neque multò post missis ad senatum litteris Tiberius, motam rursus Africam incursum Tacfarinatis docuit; iudicioque patrum diligendum proconsulem, gnarum militiæ, corpore validum, & bello suscepturum. quod initium Sex. Pompeius agitando aduersus M. Lepidum odij nactus, vt secordem, inopem, & maioribus suis dedecorum, eoque etiam Asiæ sorte depellendum incusauit. aduerso **B** senatu, qui Lepidum mitem magis quàm ignauum, paternas ei angustias, & nobilitatem sine probro actam, honori quàm ignominia habendam ducebat. Igitur missus in Asiam. Et de Africâ decretum vt Cæsar legeret, cui mandanda foret. Inter quæ Seuerus Cæcina censuit, ne quem magistratum, cui prouincia obueneret, ⁷⁹ vxor comitaretur : multum antè repetito, concordem sibi coniugem, & sex partus enixam : seque quæ in publicum statueret domi seruauisse, cohibita intra Italiam, quamquam ipse pluris per prouincias ⁸⁰ quadraginta stipendia expleuisset. Haut enim frustra placitum olim, ne femine in socios aut gentes externas traherentur. inesse mulierum comitatu, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus conuertant. non imbecillum tantum & imparem laboribus sexum; sed si licentia adsit, seuum, ambitiosum, potestatis audum. Incedere inter milites, habere ad manum centuriones : ⁸¹ præsedisse nuper feminam exercitio cohortium, decursu legionum. cogitarent ipsi, quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus obiectari. his statim adherescere deterrimum quemque prouincialium : ab his negotia suscipi, transigi : duorum egressus coli, duo esse pratoria. peruicacibus magis & impotentibus mulierum iussis, quæ Oppijs quondam, alijsque legibus constrictæ, nunc vinculis exsolutis, domos, fora, iam & exercitus regerent. Paucorum hæc adsensu audita; plures obturbabant, neque relatum de negotio, neque Cæcinam dignum tantæ rei censorum.

Corbuloniam curam accipit: Seuerè exercet.

Cap. 32.

Lepidus in Asiam pro consul.

Cap. 33. Cæcina uxores à prouincijs arceat.

Suis, & in suis causis

Cap. 34.

primus subfelliorum ordo vacaret Senatoribus, ait idem Suet. in August. cap. XLIV. Sed id extra urbem dumtaxat fuit firmum.

74. MEMORABANTUR EXEMPLA MAIORVM.] Si animus est, consule Electa mea, capite De licitori- bus. & adde quod in Plutarchi Gracchis scribitur, C. Veturio mortem allatam, quia Tribuno in forum venienti non deceisset.

75. ORATORVM EA ÆTATE.] Dico lib. VI.

D 76. FRAUDE MANCIPIVM.] Mancipes hic, qui vias publicas reficiendas questus sui causâ redimebant. Hyginus: Viæ publicæ & Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. Lapis Romæ in hortis Carpensibus.

CN. CORNELIO.

CN. F. SAB.

MANCIPI. VIÆ. APPIÆ.

Sed qui magistratus credo, intellegit minores, id est Curatores viarum qui ab Augusto. Vide EXCURS. in E.

77. EXECUTIONEM EIVS NEGOTII.] Non nunc tantum, sed & postea iterum sub Caio: & vir cetera magnus, hesit in his calumnie sordibus, bonis omnibus inuitis. Vide Dionem lib. LIX.

78. QVORVM IN PECVNIAM.] In possessorum videlicet, qui agros haberent via vicinos. Quasdam enim vias collatiâ pecuniâ tueri finitimi debebant:

vt vulgò hodie. Hyginus manuscriptus: Viæ publicæ auctorum nomina obtinent, & Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. Nam & quarundam tutelæ à possessoribus, per tempora, certa summa exigitur.

79. VXOR COMITARETUR.] Olim id insolens. Declamatores apud Senecam patrem, lib. IX. Controu. de Flamio. Hic est Flaminius qui exiturus in prouinciam, vxorem à portâ dimisit. & alius: In hoc tecum vxorem non misimus? vt salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem. ita lego locum eum & distingo. Nec in crebro vsu etiam temporibus Augusti. vt ex Suetonij verbis apparet, cap. XXIV. Disciplinam seuerissimè rexit. ne Legatorum quidem cuiquam, nisi grauatè, hibernisque demùm mensibus, permisit vxorem interuifere. Sed irrepsit: & Germanico Agrippina in prouincijs comes, ipsi Augusto Liua.

80. QVADRAGINTA STIPENDIA.] Est ergo idem ille Cæcina de quo supra lib. I. Quadragesimum id stipendium Cæcina parendi aut imperitandi habebat.

81. PRÆSEDISSE NVPER FEMINAM.] Tangit Plancinam. supra: Nec Plancina se intra decora feminis tenebat, sed exercitio equitum, decursibus cohortium interesse.

H 2

82. TOT

Cui Messal-
linus repu-
gnat:
Sed caussis
vix caussis.

rem. mox Valerius Messallinus, cui parens Messalla, ineratque imago paternæ facundia, respondit *Multa duritie veterum melius & latius mutata. neque enim, ut olim, obsideri urbem bellis, aut prouincias hostilis esse: & pauca feminarum necessitatibus concedi, quæ ne coniugum quidem penates, adeo socios non onerent. cetera promiscua cum marito, nec ullum in eo pacis impedimentum. Bella planè accinctis obeunda: sed reuertentibus post laborem, quod honestius quàm uxorium leuamentum: At quasdam in ambitionem aut auaritiam prolapsas. Quid ipsorum magistratum, nonne plerosque varijs libidinibus obnoxios? non tamen ideò neminem in prouinciam mitti. Corruptos sæpè prauitatibus uxorum maritos: num ergo omnes celibes integros? Placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus Reip. postulantibus: remissum aliquid postea, & mitigatum, quia expedierit. Frustrà nostram ignauiam alia ad vocabula transferri. nam viri in eo culpam, si femina modum excedat, porrò ob tuius aut alterius imbecillum animum, malè eripi maritis consortia rerum secundarum aduersarumque; simul sexum naturâ inualidum deseri, & exponi suo luxu, cupidinibus alienis. Vix præsentì custodiâ manèrè illæsa coniugia: quid fore, si per plures annos in modum dissidij obliterentur? Sic obuiam irent ijs*

Ei tamen
Drusus af-
fensus &
aliq.

Cap. 35.

* Manium
M. Lepidus
recusat pro-
consulatum
Africa.

Cap. 36.

Abusus in
Principum
maginibus.

Quas pessimi
pro inuolato
clypeo habe-
bant.

Cap. 37.

Sed exemplo
vno repressi.

qua alibi peccarentur, ut flagitiorum Urbis meminissent. Addidit pauca Drusus de matrimonio suo. nam Principibus adeunda sapiens longinqua imperij. Quoties diuum Augustum in Occidentem atque Orientem meauisse comite Liuiâ? se quoque in Illyricum profectum, & si ita conducatur, alias ad gentes iturum, haut semper æquo animo, si ab uxore carissimâ, & tot communi liberorum parente diuelleretur. Sic Cæcinæ sententia elusa. Et proximi senatus die, Tiberius per litteras castigatis obliquè patribus, quod cuncta curarum ad Principem reijcerent, ⁸³* M. Lepidum & Iunium Blæsum nominauit: ex quibus proconsul Africa legeretur. Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido, cum valetudinem corporis, ætatem libei, nubilem filiam obtenderet: intelligereturque etiam quod filebat, auunculum esse Sciani Blæsum, atque eò præualidum. Respondit Blæsus specie recusantis, sed neque eadem adseueratione, & consensu adulantium auditus est.

Exin promptum, quod multorum intimis questibus tegebatur. Incedebat enim deterri-
mo cuique licentia, impunè probra, & inuidiam in bonos excitandi, ⁸⁴ arreptâ imagine Cæsaris: libertique etiam ac serui, patrono vel domino, cum voces, cum manus intendant, vltro metuebantur. Igitur ⁸⁵ C. Cestius Senator disseruit; Principes quidem instar deorum esse: sed neque à dijs nisi iustas supplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliâve Urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia vtatur. Abolitas leges, & funditus versas, ubi in foro, in limine curiæ, ab Annia Rufillâ, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi & minæ intendantur. neque ipse ⁸⁶ audeat ius experiri, ob effigiem Imperatoris oppositam. Haut dissimilia alij, & quidam atrociora circumstrepebant: precabanturque Drusum, daret vltionis exemplum. donec accitam conuictamque attineri ⁸⁷ publicâ custodiâ iussit. Et Confidius Æquus, & Cælius Cursor equites Rom. quod f-

ctis maiestatis criminibus Magium Cæcilianum prætorem petiissent, auctore Principe,

82. TOT COMMVNIVM LIBERORVM PARENTE.] Non plus trium. infra: Esse illi coniugem, & tres liberos.

83. M. LEPIDVM.] Duone ergo Lepidi eo tempore prænominebus isdem? Nam alius certè ab isto, qui Proconsul Asiæ, paginâ superiori. Non censeo: Manium censeo prænomen fuisse huic; non Marcum, facili scriptorum in notâ eâ lapsu. Et herclè Manium Lepidum suprâ reperies clarè, Lepidæ, quæ damnata, fratrem. Diuersa etiam ingenia istorum. Marcus, ignauus, secors: Manius, prudens, grauis, sæuis aliorum adulationibus aduersus. quem Tacitus ex professo laudat lib. IV. Repono ergo ubique Manium, in eo Lepido qui in Senatu & in urbe.

84. ARREPTA IMAGINE CÆSARIS.] Graci moris fuit, ad vim iniuriarum, arcendum, confugere ad templa, statuas, aras. Eo genere tutela frequenter sup-

plices utebantur, frequentissimè serui. Vide nostra in EXCVRS. F.

85. C. CESTIVS SENATOR.] Nescio an moris Tacito inter titulos addere, Senator. Et quid hic opus? aut quis nesciat in Senatu non nisi Senatorem disseruisse? Ambigo (non enim affirmo) an non Senior substituendum: ad discrimen. quia reperio illo æuo duos Cestios fuisse, patrem & filium. libro VI. infra, Admonuit Cestium patrem. An magis placet, Senatu? quod esset in Senatu: elleipsi Tacito percrebrâ.

86. AVDEAT IVS EXPERIRI.] A glossâ videtur, Ius. Experiri enim, pro iure agere, frequentissimum priscis.

87. PVBLICA CVSTODIA IVSSIT.] Publicam custodiam, puto carcerem: discretamq; a militari,

88. DIEM

A cipe, ac decreto senatus puniti. Vtrumque in laudem Drusi trahebatur: ab eo, in vrbe inter cœtus & sermones hominum obuersante, secreta patris mitigari. neque luxus in iuvene adeo displicebat: huc potius intenderet, ⁸⁸ diem ædificationibus, noctem conuiujs traheret, quàm solus & nullis voluptatibus auocatus, mæstam vigilantiam, & malas curas exerceret. non enim Tiberius, non accusatores fatiscabant. Et Ancharius Priscus Cæsium Cordum proconsulem Cretæ postulauerat repetundis, addito maiestatis crimine: quod tum omnium accusationum ⁸⁹ complementum erat. Cæsar Antistium Vterem, è primoribus Macedoniae absolutum adulterij, increpitis iudicibus, ad dicendam maiestatis causam retraxit, vt turbidum, & Rhescuporidis consilijs permixtum, quâ tempestate ⁹⁰ Cotye fratre interfecto, bellum aduersus nos voluerat. Igitur aquâ & igni interdictum reo, adpositumque vt teneretur insulâ, neque Macedoniae neque Thraciæ opportunâ. Nam Thracia diuiso imperio in Rhœmetalcen & liberos Cotyis, quâs ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, insolentiâ nostri discors agebat; neque minus Rhœmetalcen, quàm Trebellienum incufans, popularium iniurias inultas sinere. ⁹¹ Coelaetæ, Odrusæque, & alij, validæ nationes, arma cepere, ducibus diuersis & paribus inter se per ignobilitatem: quæ causa fuit, ne in bellum atrox coalescerent, pars turbant præsentia, alij montem Hæmum transgrediuntur, vt remotos p opulos concirent: plurimi ac maximè compositi regem, urbemque ⁹² Philippopolim à Macedone Philippo sitam, circumfidunt. Quæ vbi cognita ⁹³ P. Velleio, (is proximum exercitum præsi-

Drusi obiter laudatio.

Accusationes.

Thracas rebellant.

88. DIEM ÆDIFICATIONIBVS.] Verane hæc lectio? si est; interpretor in Druso notari studium ædificandi, & crebras insanasq. substructiones. ex sententiâ scriptoris Græci apud Suidam: Οικοδομήματα Ασύεια καὶ διαπανηρὰς λειτουργίας χαίρων ἐάσαντας χρὴ τὰς ἀρχοντας ἀρχεῖν. Ψευτέον γὰρ, ὁ ἀρχων ὁ χαίρων οἰκοδομήματα σὺν ᾧ ᾠρεπίσιν. Nam hoc tolerabile, præquam illud Ferreti. Ædificationibus, ait, pro eo quod est emendandis rebus: nisi in verbo mendum sit. Sed est profecto, me quoque iudice, mendum. Quis enim apud Romanos viro principi ædificationes vitio dedit? laudi potius: vt M. Agrippæ, Augusto, aliisque. Et vt vitium sint: quis scriptor id prodidit de Druso? cuius monumentum vllum ædificiūve suspitione non tango. Lego, editionibus. conuenienter sanè ad Drusi mores. Nam Editiones, propriè spectacula muneraque: Editores, qui ea præbent, vt in Saturnalibus dixi. Diem ergo trahebat Drusus editionibus, siue spectaculis: noctem, conuiujs epulisque. Notant vtrumque id vitium in eo scriptores. Noster supra: Edendis gladiatoribus Drusus præfedit, quamquam vili sanguine nimis gaudens. quod in vulgus formidolosum, & pater arguisse dicebatur. Vbi vides describi studium eius in gladiatores, non sine seuitiâ notâ. Nec in gladiatores modo, sed & histriones, scenicosque, Dio. Τοῖς τε ὀρχησταῖς ἔτιω ᾤεσέκειτο, ὡς καὶ σασιαλέων αὐτὰς, καὶ μὴ ὑπὸ τῶν νόμων, ἔς ὁ Τιβέριος ἐπ' αὐτοῖς ἐσηπνύχει, καθίστασθαι. Ita est, Pantomimis adeo deditus fuit, vt ad seditiones concitaret eos, neque legibus, quas Tiberius super ijs tulerat, parere sineret. Iterum: Τὰ δὲ Δεούσω, τὰ ἡεῖ, καὶ ἀσελγες αἴτω καὶ ὠμοτάτω, ὡς καὶ τὰ ὀξύτατα τῶν ἑριφῶν Δεουσιανὰ ἀπ' αὐτῆ κληθῆναι, ὄντι, καὶ ἡχθετο, καὶ ἐπετίμα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πολλαίσι. Id est, Druso autem filio, cum petulantissimus & crudelissimus esset, (adeo vt gladij acutissimi, Drusiani ab eo vocentur) vehementer succensuit, publiceque ac priuatim sæpè inelamauit. Crudelis ergo Drusus, & id eo cruentis illis spectaculis gaudens: quæ sibi non in

publico solum, vt opinor, sed sæpè domi representabat & in hortis. De ebrietate eius, vide eundem lib. LVIII. Hæc Taciti mens, hæc lectio: me quidem iudice. Sed qui gladij illi Drusiani, quos Dio nominat? vide, si lubet, in EXCVRS. G.

89. COMPLEMENTVM ERAT.] Plinij verbis, vnicum crimen eorum, qui crimine vacabant.

90. COTYE FRATRE.] Minimè herclè fratre, sed (Tacito ipsi si fides) fratris filio. Ita enim lib. II. scriptum: Omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat. quo defuncto Augustus partem Thracum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. Et Velleius: Quâ ille prudentiâ Rascupolim interfectorem fratris sui filij Cotyis euocauit. Quin humani ergo aliquid Tacitus hic passus sit, nemo negauerit.

91. COELAETÆ, ODRVSÆQUE, ET ALII.] A Plinio Celætæ dicuntur: à Dione lib. LIV. Σιαλέ), sed corrupte. Qui autem, Alij? Populi nomen, sed peruersum. Placuit in * Epistoliceis, Astij, reponi: & causam vide. At nunc verum censeo, Dij. quæ vox abijt in alij, linea tantum diducta. Similis error notatus mihi infra, in Agricole vitâ. Dij autem, montani Thracas. Locuples auctor Thucydides lib. II. Παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὄρεων ὀρεαίων πολλὰς, οἱ Διοι καλῶν), ἢ ῥοδοπῆν οἱ ὠλεῖσοι οἰκῶντες.

92. PHILIPPOLIM.] Describit eam Strabo libro VII. in Astorum regione: Τ'πέρεϊ) δὲ τῆ Βυζαντίε το τῆδ' Ἀσίων ἔθνος, (ex Liniō, Ἀσίων leg. esset) ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππε τῆ Ἀμύντε τῆς πορνεγάτης ἐνταῦθα ἰδρύσαντος. Id est: Superiacet Byzantium Astorum gens, in quâ opidum Calybe, in quâ Philippus Amyntæ F. pessimos quosque collocauit. Dicta eadem est, Trimontium, Poneropolis, Δελώνπολις, causis claris è Strabone.

93. P. VELLEIO.] Sunt qui illum velint esse, cuius Breuiarium Historiæ in manu: serium, doctum, quantumuis opus, sed plenum adulationis ædisima, cuius me pudet. Nec abnuerim, quin ille sit. Meruit seruitio tam proiecto euehi ad res magnas. quamquam

* Lib. v. c. xxi. & nominat Astos etiam Strabo, lib VII. inter Thracas.

88. DIEM

P. Velleius
facile cecidit.

Maior rebel-
lio in Gallijs.

Cui duces,
Iulius Flo-
rus, & Iu-
lius Sacro-
uir.

Primi motus
ab Auiolâ
repressi.

Florus ni-
brominus
alias copias
colligit.

Præuenitur
à Visellio &
Silio.

Et manu
suâ mortem
inuenit.

Æduos Sa-
crouir tur-
bat.
* & nobil.

præsidebat) alarios equites ac leues cohortium mittit in eos, qui prædabundi aut adfu-
mendis auxilijs vagabantur. ipse robur peditum, ad exsoluendum obsidium ducit. Si-
mulque cuncta prosperè acta, cæsis populatoribus, & dissensione ortâ apud obsidentes,
regisque opportunâ eruptione, & aduentu legionis. neque aciem aut prælium dici de-
cuerit, in quo semerme ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine. Eodem anno
Galliarum ciuitates, ob magnitudinem æris alieni, rebellionem cœptauère: cuius exsti-
mulator acerrimus inter Treueros Iulius Florus, apud Æduos Iulius Sacrouir. nobilitas
ambobus, & maiorum bona facta, eoque Romana ciuitas olim data, cum id rarum, nec
nisi virtuti pretium esset. Ij secretis conloquijs, ferocissimo quoque adsumto, aut quibus
ob egestatem, ac metum ex flagitijs maxima peccandi necessitudo; componunt, Florus
Belgas, Sacrouir propiores Gallos concire. Igitur per conciliabula & cœtus seditiosa
disserabant, de continuatione tributorum, ⁹⁴ grauitate fænoris, sæuitiâ ac superbiâ præ-
sidentium: & discordare militem, audito Germanici exitio. egregium resumendæ liber-
tati tempus, si ipsi florentes, quàm inops Italia, quàm imbellis vrba plebes, nihil vali-
dum in exercitibus, nisi quod externum, cogitarent. Haut fermè vlla ciuitas intacta se-
minibus eius motus fuit. sed erupère primi Andecaui, ac Turonij. quorum Andecauios
⁹⁵ Acilius Auiola legatus, excitâ cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit:
Turonij, legionario milite, quem ⁹⁶ Visellius Varro inferioris Germaniæ legatus mi-
ferat, oppressi, eodem Auiolâ duce, & quibusdam Galliarum primoribus; qui tulère
auxilium, quo dissimularent defectionem, magisque in tempore efferrent. Spectatus &
Sacrouir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ, vt ferebat, virtutis:
sed captiui, ne incessetur telis, adgnosendum se præbuisse, arguebant. Consultus su-
per eo Tiberius, aspernatus est indicium, aluitque dubitatione bellum. Interim Florus
insistere destinatis, pellicere alam equitum, quæ conscripta Treueris, militiâ disciplina-
que nostra habebatur, vt cæsis negotiatoribus Romanis bellum inciperet: paucique
equitum corrupti, plures in officio mansère. Aliud ⁹⁷ vulgus obæeratorum aut clien-
tium arma cepit: petebantque saltus, quibus nomen Arduenna, cum legiones vtroque
ab exercitu, quas Visellius & C. Silius aduersis itineribus obiecerant, arcuerunt. præmis-
susque cum dilectâ manu Iulius Indus, è ciuitate eadem, discors Floro, & ob id nauân-
dæ operæ audior, inconditam multitudinem adhuc disiecit. Florus incertis latebris
victores frustratus, postremò visis militibus qui effugia infederant, suâ manu cecidit:
isque Treuerici tumultus finis. Apud Æduos maior moles exorta, quantò ciuitas opu-
lentior, & comprimendi procul præsidium. Augustodunum caput gentis, armatis
cohortibus, Sacrouir occupauerat, * nobilissimam Galliarum subolem, ⁹⁸ liberalibus
studijs ibi operatam, vt eo pignore parentes propinquosque eorum adiungeret. si-
mul

modicus originis, vt ipse fateri videtur, & diu tan-
tùm Trib. militum: postea præfectus Tib. Caesaris per
nouem annos aut Legatus, ait ipse lib. II. Prænomen
tamen illi in vulgatis libris est, Caius: nec id moueor.
Nam Priscianus lib. VI. eundem Marcum appellat:
noster hic Publium. Quàm confundi illa soleant, do-
ctus scio.

94. GRAVITATE FÆNORIS.] Ita hoc habet. pro-
uinciales & opida, cum tributis granibus premerentur,
alijsq; extra ordinem oneribus: pecuniam mutuam ca-
piebant à diuitibus illis Romanis, idq; grandi fænore.
Vnde hæc querela, & in Cicerone exempla iam tunc
sunt; & Dio scribit Senecam causam rebellionis Bri-
tannicæ, sub Nerone, dedisse, quod quadringenties
HSS. grandi fænore creditum, subito vniuersum
reperijisset.

95. ACILIVS AVIOLA.] Hic ille ipse, quem Pli-
nius insigni exemplo, elatum in rogo reuixisse tradi-
dit: & quia subueniri non potuit, vinum exustum.
Nam quod Onufrius alijs, ad illum Acilium referunt,

qui consul extremus Claudio: desinant licet erroris.
Manifestus avaræ ægritudinis est. Nam ecce Valerius
(quem scripsisse omnes scimus Tiberio imperante)
lib. I. cap. VIII. eandem historiam recensuit. Quo-
modo autem ille operi suo inseruerit, quod post Claudium
gestum.

96. VISELLIVS VARRO.] Nominatur in lapide
Romæ,

L. VISELLIVS C. F. VARRO
CVRATOR. RIPAR. ET ALVEI TIBERIS.

Hicne, an alius?

97. VVLGVS OBÆRATORVM.] More Gallia.
Vide Casarem commentar. I.

98. LIBERALIVS STVDIIS IBI OPERATAM.]
Digna res notâ, quod iam tunc ea vrbs hospitium Mu-
sarum. Nam Rhenano quæ leua mens fuit, cum gloriam
eam transferre voluit ad Augustocliuenses? Scilicet
indigni hac gloriâ nos Galli. Tueor & retinco in
EXCVRS. H.

99. GLA-

A mul arma occultè fabricata iuventuti dispertit. Quadraginta millia fuere, quinta sui parte legionarijs armis, ceteri cum venabulis & cultris, quæq; alia venantibus tela sunt. adduntur è ferrijs⁹⁹ gladiatorum destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (¹⁰⁰ Crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Angebantur hæ copiae, vicinarum ciuitatum vt nondum apertâ consensione, ita viritum promptis studiis; & certamine dacum Romanorum, quos inter ambigebatur, vtroque bellum sibi poscente. mox Varro inualidus senectâ, viginti Silio concessit. At Romæ non Treueros modò & Aduos, sed ¹⁰¹ quattuor & sexaginta Galliarum ciuitates desciuisse, adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias; cuncta (vt mos famæ) in maius credita. optimus quisque Reip. curâ mærebat: multi odio præsentium, & cupidine mutationis, suis quoque periculis lætabantur. increpabantque Tiberium, quòd in tanto rerum motu, libellis accusatorum insumeret operam. *An Iulium Sacrouirum, maiestatis crimine, reum in senatu fore? existisse tandem viros, qui cruentas epistolas armis*

B *cohiberent. miseram pacem vel bello benè mutari.* Tantò impensius in securitatem compositus, neque loco, neque vultu mutato, sed, vt solitum, per illos dies egit: altitudine animi, an compererat modica esse, & vulgatis leuiora? Interim Silius cum legionibus duabus incedens, præmissâ auxiliari manu, vastat Sequanorum pagos, qui finium extremi, & Aduis contermini, sociique in armis erant. Mox Augustodunum petit propero agmine, certantibus inter se signiferis, fremente etiam gregario milite, ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur: viderent modò aduersos, & aspicerentur. id satis ad victoriam. Duodecimum apud lapidem, Sacrouir copiarumque, patentibus locis apparuere. In fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes, à tergo semermos. Ipse inter primores equo insigni adire, *memorare veteres Gallorum glorias, quæque Romanis aduersa intulissent: quàm decora victoribus libertas: quantò intolerantior seruitus iterum victis.* Non diu hæc, nec apud lætos: etenim propinquabat legionum acies: inconditi que ac militiæ nescij opidani, ¹⁰² neque oculis neque auribus satis competebant. Contrà Silius, etsi præsumta spes hortandi causas exemerat, clamitabat tamen; *Pudendum ipsis, quòd Germaniarum victores, aduersum Gallos tamquam in hostem ducerentur. vna nuper cohors¹⁰³ rebellem Turonium, vna ala Treuerum, pauca huius ipsius exercitus turma profligauere Sequanos. quantò pecuniâ dices, & voluptatibus opulentos, tantò magis imbelles Aduos, emicite, & fugientibus consilite.* Ingens ad ea clamor. & circumfudit eques: frontemque pedes

Magnum exercitum cogit.

Ea res in metu Romanis:

Sed non calido Tiberio. Silium Gallis obuiauit.

Sacrouir composuit suos, & exercitum.

Item Silius.

99. GLADIATORUM DESTINATI.] E Gallia genus gladiatorum, qui Mirmillones: quorum arma hic descripta. Vide Saturnalia nostra.

100. CRUPELLARIOS VOCANT.] Non alibi ea vox mihi lecta. Hæsi ne Clibanarios scribendum esset. Nazarius in Laudatione Constantini: Quæ enim illa fuisse dicitur species: quàm atrox visu? quàm formidolosa? operimento ferri equi atque homines pariter obsepti. Clibanariis in exercitu nomen est: supernè omnibus tectis, equorum pectoribus demissa lorica & crurum tenuis pendens, sine impedimento gressus à noxâ vulneris vindicabat. Ammianus lib. xvi. Sparsi que cataphracti equites, quos Clibanarios dicitant. Iterumque: Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem cum Clibanario nostro congressum, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse. Vocem peregrinam & Persicam esse, suadeor Lampridij verbis in Seuero: Centum millia equitum eorum fudimus Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant. Alioqui non incommode à Greco κλιβανος deduxeris. quod κλιβανος πεισιδονος, ἐξ ὧ τὰς ἀπὸ τῶν ὀπλιστῶν definit Moschopulus. Et Clibanus apud Leanem Imp. passim, pro thorace quo pe-

ctus tegitur. At hic tamen nihil mutem: & fortasse * Crupellarij pedes fuerunt, non equites. Sanè ex Taciti narratione non colliges pugnas eos ex equis.

101. QUATTUOR ET SEXAGINTA.] In certas gentes videntur Galliam diuisisse. Strabo lib. iv. Lugduni aram Augusto exstructam ait, à communi Gallie: cum inscriptione LX. gentium. Quod in numis etiam M. Antonij legimus, LVGDVNI. A. XL. libentius ad gentium numerum rettulerim, quàm vt alij, ad annorum colonie condite. Appianus in Celtico ampliore numero ἔθνη τετρακισία, in Gallijs ponit, ὁδὸν ἢ πρὸς ὀκτακισίας.

102. NEQUE OCVLIS NEQUE.] Sallustianum est apud Nonium: Formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut linguâ competere. Etiam tale hoc Liiij lib. v. Romani ne auribus quidè atque oculis satis constare poterant.

103. REBELLEM TVRONIVM.] Itane Turonium, an verius Andecaui? Ipse quidem paullo ante narrauit: Andecaui Acilius Auola, excitâ cohorte quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit: Turonij, Legionario milite, quem Visellius Varro miserat, oppressi.

* In Glossis. Crupes. κλιβανος.

Pugna, vix pugna: statimq; fusi Galli. Crupellarij caesi.

Sacrour item, sed sua dextra.

Tiberius simulat iter in Gallias.

Quirini mors honestata publicae. Quid illo hominis.

C. Lutorius maiestatis defertur.

dites inuasere. nec contatum apud latera: paullum morae attulere ferrati, restantibus A
laminis aduersum pila & gladios. sed miles correptis securibus & dolabris, vt si murum
perrumperet, caedere tegmina & corpora: quidam trudibus aut furcis, inertem molem
prosternere. iacentesque nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimis linquebantur. Sa-
crouir primò Augustodunum, dein metu deditiois in villam propinquam cum fidissi-
mis pergit. Illuc suam manu, reliqui mutuis ictibus occidere: incensa super villa, omnes
cremauit. Tum demum Tiberius ortum patratumque bellum senatui scripsit. neque
demisit, aut addidit vero; sed fide ac virtute legatos, se consilij superfuisset. simul causas,
cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent, adiunxit; *magnitudinem imperij
extollens.* ¹⁰⁴ *neque decorum Principibus, si vna altera ve ciuitas turbet, omisa vrbe, vnde in
omnia regimen. nunc quia non metu ducatur, iturum vt praesentia spectaret, componeretque.*
Decreuere patres vota pro reditu eius, supplicationesque, & alia decora. Solus Dolabel-
la Cornelius dum anteire ceteros parat, absurdam in adulationem progressus, censuit vt
ouans e Campaniam urbem introiret. Igitur secuta Caesaris litterae, quibus se non tam va- B
cuum gloriae praedicabat, vt post ferocissimas gentes perdomitas, tot receptos in iuuentam,
aut spreto triumphos, iam senior peregrinationis suburbanae inane praemium pete-
ret. Sub idem tempus, vt mors Sulpicij Quirini publicis exsequijs frequentaretur, peti-
uit a senatu. Nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius perti-
nuit, ortus apud municipium Lanuuium: sed impiger militiae, & acribus ministerijs
¹⁰⁵ consulatum sub diuo Augusto, ¹⁰⁶ mox expugnatis per Ciliciam Homonadensium
castellis insignia triumphii adeptus, ¹⁰⁷ datisque rector C. Caesari Armeniam obtinen-
ti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat. quod tunc patefecit in senatu: laudatis in
se officijs, & ¹⁰⁸ inculato M. Lollio, quem auctorem C. Caesari prauitatis & discordia-
rum arguebat. Sed ceteris haut lata memoria Quirini erat, ob intenta, vt memorauimus,
Lepidae pericula, sordidamque & praepotentem senectam. Fine anni ¹⁰⁹ C. Lutorium
Priscum equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat,
pecunia donatum a Caesare, corripuit delator: obiectans aegro Druso composuisse, quod, C
si extinctus foret, maiore praemio vulgaretur. Id C. Lutorius in domo P. Petronij, focu-
eius Vitelliam coram, multisque inlustribus feminis, per vaniloquentiam legerat. Vt de-
lator exstitit, ceteris ad dicendum testimonium exterritis, sola Vitellia nihil se audiuisse
adseueravit: sed arguentibus, ad perniciem plus fidei fuit. sententiaque Haterij Agrippae
consulis designati indictum reo vltimum supplicium. Contra M. Lepidus in hunc
modum

104. NEQUE DECORVM PRINCIPIBVS.] Nam in minoribus bellis, Principi, vt Claudianus ait,

Vindictam mandasse fat est.

Et ipsa Roma huic rei apud eundem vatem:

— medium non deserit vquam
Caeli Phœbus iter, radijs tamen omnia lustrat.

105. CONSVLATVM SVB.] Consul fuit anno vr-
bis DCCXLII. cum M. Valerio Messalla. Quirinius a
Dione, Iosepho, Tacito constanter appellatur: vt mirer
cur maluerit Onufrius, Quirinus.

106. MOX EXPVGNATIS PER CILICIAM.] Tan-
git historiam solus, quod sciam, Strabo, lib. XII. Τὸς
δὲ Ὀμοναδέας Κυρίνιος ἐξέπορθησε λιμῶ, καὶ τετρα-
κισμύλιος ἀνδρας ἐζώρησε καὶ συνώκισεν εἰς τὰς ἐγγύς
πόλεις. Τὴν δὲ χώραν ἀπέλιπεν ἔρημον ἢ ἐν ἀκμῇ.
id est, Homonadenses autem Quirinius fame ex-
pugnauit, quattuor millia virorum cepit & in vi-
cinas vrbes distribuit, regione spoliata omni iu-
uentute. At idem is etiam in Africa gessit, si Floro
accredam, aut certe veteribus eius libris. Nam libri
vltimi cap. vltimo, vbi legitur: Marmaridas atque
Garamantas Furnio subigendos dedit: alter meus

scriptus codex, Curinio, alter Quirino refert. & pu-
to recte.

107. DATVSQVE RECTOR.] Dio etiam post, in
Syriam missus ad census describendos. de qua re multa
Iosephus lib. XVIII. cap. 1. 11. & seq. Et mentio eius
apud Lucam in historia sacra.

108. INCVSATO M. LOLLIO.] Ita emendauit
olim, cum vulgò esset M. Folio. Hanc emendationem
facile ex historia, quae apud Suetonium: Namque
priuignum Caium Orienti praepositum, cum vi-
fendi gratia traiecisset Samum, alieniorem si-
bi sensit ex criminationibus M. Lollij comitis &
rektoris eius. Item Plinium libro IX. & Velleium
libro II. Fuit enim hic Lollius C. Caesari rector, quo mo-
re principibus iuuenibus etiam nunc dantur: & post
illum P. Sulpicius Quirinius, Tiberio amicus. Causa
errori, quod in priscis libris sine geminatione ferè,
Lolio.

109. C. LVTORIVM PRISCVM.] Vulgò, Cluto-
rium. Sed Dio auctor sic emendandi, apud quem est,
Γαῖος Λυτωρίος. Error ex adhaesu notarum, vt infra
Panteius, qui est P. Anteijs. Mentio huius aut alte-
rius Lutorij apud Plinium libro VII. cap. XXIX. vbi
tamen male, Sutorio Prisco.

A modum exorsus est. Si P. C. *Unum id spectamus, quam nefaria voce Lutorius Priscus mentem suam & aures hominum polluerit; neque carcer, neque laqueus, ne ferules quidem cruciatus in eum suffecerint. Sin flagitia & facinora sine modo sunt; supplicij ac remedijs, Principis moderatio, maiorumque & vestra exempla temperant; & vana à scelestis, dicta à maleficijs differunt: est locus sententiæ, per quam neque huic delictum impunè sit, & nos clementie simul ac severitatis non poeniteat. Sæpè audiui Principem nostrum conquerentem, si quis summa morte misericordiam eius prævenisset. Vita Lutorij in integro est, qui neque servatus in periculum Reip. neque interfectus in exemplum ibit. studia illi et plena recordiæ, ita inania & fluxa sunt: nec quidquam graue ac ferium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed muliercularum adrepat. Cedat tamen Urbe, & bonis amissis aqua & igni arceatur. quod perinde censeo, ac si lege maiestatis teneretur.* Solus Lepido Rubellius Blandus è consularibus adfensit: ceteri sententiam Agrippæ secuti. ductusque in carcerem Priscus, ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum inculcavit, cum extolleret pietatem quamvis modicas Principis iniurias acriter vlciscentium, deprecaretur tam præcipitis verborum poenas: laudaret Lepidum, nec Agrippam argueret. Igitur factum S. C. ne decreta patrum ante diem decimum, ad ærarium deferrentur: idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. sed non senatui libertas ad poenitendum erat; neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur. C. Sulpicius, D. Haterius consules, sequuntur. Inturbidus externis rebus annus, domi suspecta severitate aduersum luxum, qui immensum proruperat, ad cuncta quæ pecunia prodigitur. Sed alia sumtuum quamvis grauiora, dissimulatis plerumque pretijs occultabantur; ventris & gancæ paratus adsiduis sermonibus vulgati, fecerant curam, ne Princeps antiquæ parcimoniæ, durius aduerteret. Nam incipiente C. Bibulo, ceteri quoque ædiles disseruerant, sperni sumtuariam legem, veritaque vtensilium pretia augeri in dies: nec

Pro eo Lepid. oratio.

esto

Cap. 51. Sed plures damnant.

S. C. de interuallo ad poenam.

Cap. 52. A. V. C. DCCCLXXV. Agitatum de luxu coercedo.

C 110. NE SERUILES QUIDEM.] *Id est, patibula crucefixa.*

111. IN INTEGRO EST.] *Sententia mihi mallet, esto.*

112. VERBORVM POENAS.] *Rectè. quia verba, non facta Lutorij poenâ adfecta sunt. Nec malè tamen, reorum poenas, argumento decreti, quod secutum.*

113. ANTE DIEM DECIMUM.] *Interciderat nota numeri, quam nos certis auctoribus restituimus. Suetonio in Tiber. cap. LXXV. Nam cum Senatusconsulto cautum esset, vt poena damnatorum semper in decimum diem differretur. Dione lib. LVII. Καὶ δὲ ὄργη τὴν ὄψα δὸ δὴναι ἐκέλευσε, μήτ' ἀποδύσκειν ἐν τῷ δέκα ἡμερῶν ἢ κατὰ ἡμερῶντα ὅπ' ἂν ἴπ' ἢ, μήτε τὸ γράμμα τὸ ἐπ' ἂν τῶν ἡμερῶν, ἐς τὸ δὴμόσιον ἐν τῷ τῷ ἡμέρῳ ἀποτίθεσθαι. Qui & idem repetit, sine libri LVIII. Nec aliud Seneca sensit, De tranquillitate l. c. XIV. Credisne illum decem medios vsque ad supplicium dies sine vllâ solitudine exegisse? Mansisse videtur id decretum, donec Theodosius Imp. clementissimè conuictò & damnato reo dies indulset triginta vite: in l. Si vindicari C. De poenis. Sidonius ergo non abest quin falsus sit, lib. I. Epist. qui id tribuit Sc. Tiberiano. Ex vetere, inquit, Sc. Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit. Hæc satis certa videbantur. at turbant me Declamatores: inter quos Quinctilianus Themate declamationis CCCIII. Damnatorum, inquit, supplicia in diem tricesimum differantur. Et in ipsâ Declamatione. Et mihi videtur ideò constituta esse lex, quæ damnatum post tricesimum diem puniri voluit: quoniam videbat legum lator posse fieri vt deciperetur accusator. Item Cal-*

purnius Flaccus (Pythæo nostro auctores hos debemus) Declamat. xxv. Poena raptoris in diem trigessimum differatur. Nam vixisse istos ante Theodosij longè euum, satis claret. An igitur exolescentem rettulit dumtaxat * ratamq; Tiberianam legem habuit Theodosius, & in Tacito, Dione, Senecâ, suspicamur de mendo? An potius Declamatores illi in transcribendo vitati à posteris sunt, & ad posteriorem illam legem aptati? Meherclè hæreo. eo magis, quod Quinctilianum illum Augusti euo vixisse volunt: quod ex hoc loco non potest.

* Quod tamen aliter etiam ex Zonara apparet.

114. AD ÆRARIVM DEFERRENTVR.] *In arario tabule publicæ & acta Senatus. Lilius l. xxxv. Verum cum sint notissima sibi cum Consule inimicitia, quid ab eo posse quemquam æqui expectare, qui per infrequentiam furtim factum Sc. ad ærarium detulerit? Nec ante rata, donec delata. interea Auctoritas dicebatur, non Sc. vt ex Cicerone & Dione iam alij notarunt. Vide similem in Tacito locum lib. XIII. de multis Ædilium.*

115. SPERNI SVMTVARIAM LEGEM.] *Augusti sumptuariam intellegit, de quâ Agellius l. II. Postremò lex Iulia ad populum peruenit, Cæsare Augusto imperante. quâ profectis quidem diebus ducenti finiuntur: Kalendis, Idibus, Nonis, & alijs quibusdam festis, trecenti: nuptijs autem & repotijs HS. millies esse. Etiam dicit Capito Atteius edictum Diuine Augusti an Tiberij Cæsaris, &c. Quo loco claram mendam per occasionem tollo, legoq; nuptijs autem & repotijs festertij mille. Esse etiam dicit Capito, &c. Sestertium millies ad nuptijs vt desinat vlla lex? non potest: nimis immane est. At festertij mille conueniunt, & σπυρτήριον habent cum numero priore, ducentorum trecentorumq;. Ceterum hanc*

110. Næ

nec mediocribus remedijs fisci posse. & consulti patres, integrum id negotium ad Prin- A
cipem distulerant. Sed Tiberius sæpè apud se pensitato, an coërceri tam profusæ cupi-
dines possent: num coërcitio¹¹⁶ plus damni in Remp. ferret: quàm indecorum adtre-
ctare quod non obtineretur, vel retentum ignominiam & infamiam virorum inlu-
strum posceret: postremò litteras ad senatum composuit, quarum sententia in hunc
modum fuit. *Ceteris forsitan in rebus P. C. magis expediat me coràm interrogari, & dicere*
quid è Rep. censeam: in hac relatione, subtrahi oculos meos melius fuit, ne denotantibus vobis
ora, ac metum singulorum qui pudendi luxus arguerentur, ipse etiam viderem eos, ac velut de-
prebenderem. Quod si mecum antè viri strenui adiles consilium habuissent; nescio an suasurus
fuero ommittere potius prævalida & adulta vitia, quàm hoc adsequi, ut palàm fieret quibus
flagitijs impares essemus. sed illi quidem officio functi sunt, ut ceteros quoque magistratus sua
munia implere velim: mihi autem neque honestum silere, neque proloqui expeditum, quia non
adilis, aut prætoris, aut consulis partes sustineo: maius aliquid & excelcius à principe postu-
latur; & cum rectè factorum sibi quisque gratiam trahant, vnius invidia ab omnibus peccatur. B
Quid enim primum prohibere, & priscum ad morem recidere aggrediar? villarum ne infinita
spatia,¹¹⁷ familiarum numerum, & nationes, argenti & auri pondus? æris, tabularumque mi-
racula?¹¹⁸ promiscuas viris & feminis vestes? atque illa feminarum propria, quis¹¹⁹ lapidum
causâ pecuniæ nostræ ad externas aut hostilis gentes transferuntur? Nec ignoro in conuiujs
& circulis incusari ista, & modum posci. sed si quis legem sanciat, pœnas indicat: ijdem illi ci-
uitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt.
At qui ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, nisi per dura & aspera coërceas. cor-
ruptus

Cap. 53.
Ea super re
Tiberij epi-
stola.
Qua diffusa
est medici-
nam.

Quia vitia
præualebant.

Cap. 54.

hanc Tiberij curam intellexit Plinius lib. xxxiii. c. ii. hoc diuersus, quòd C. Sulpicium Galbam Adilem nominat, non C. Bibulum, reijctis, in annum sequentem quo consules Vetus & Pollio. Tiberij demùm, inquit, principatus nono anno, in vnitatem venit equester ordo, anulorumque auctoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. anno vrbs condita DCCLXXV. quod miremur, futili pænè de causâ. Cum C. Sulpicius Galba, dum iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, questus esset in Senatu, vulgo institores eius culpæ defendi anulis. Fieri tamen potest, ut iterata tunc ea inquisitio.

116. PLUS DAMNI.] E numero scilicet periclitantium, & malitiâ delatorum. Itemque, ex infamiâ, ut addit, tot illustrium.

117. FAMILIARVM NUMERVM.] Numerum seruorum Romanis eum reperio, qui non facile fidem inueniat moribus nostris. Tacitus l. xiv. Pedanio Costæ tribuit quadringentos: Plinius Cæcilio cuidam Isidoro quinquies mille. Et hi nihil dicunt, præ Athenæo, cuius ipsa ponam verba, è lib. vi. cap. vii. Περὶ ταῦτα ἀπαντήσας ὁ Λαρβύσιος ἐφη. Ἀλλὰ Ῥωμαίων ἕκαστος, οἶδας δ' ἀκριβῶς ταῦτα ὡ καλὲ Μασσέριε, πλείους ὄσως πεκτημύρος οἰκέτας. Καὶ γὰρ μυρία καὶ δισμύρια, καὶ πλείους δὲ πᾶσι πολλοὶ κέκλυται. ἐκ ἐπιπροσόδους δὲ, ὡσπερ ὁ Ἑλλήνων Ζαπλουτος Νικίας. ἀλλ' οἱ πλείους τῶ Ῥωμαίων συμπαρόντας ἔχουσι τὰς πλείους. id est: Post hæc reuerfus Larentius ait: At Romanorum vnusaliquis quanto plures possideat seruos, tu nosti optime Massuri. Nam ad decem & viginti millia, imò plures etiam, multi habuerunt. nec tamen ut quæstum ex ijs faciant. sicut Græcorum ditissimus ille Nicias: sed plerique Romani anteambulones eos habent comitesque maximâ ex parte. Seneca de Demetrio: Feliciorem ne tu Demetrium Pompeianum vocas, quem

non puduit locupletiorum esse Pompeio? Numerus illi quotidie seruorum velut Imperatori exercitus referebatur: cui iam dudum diuitiæ esse debuerant duo vicarij & cella laxior. Tot serui, si Deo placet, vni seruo. Vt non iniuriâ queratur & cul- C
pet Plinius mancipiorum legiones, & in domo turbam externam, & seruorum quoque causâ nomenclatorem adhibendum. Nec Rome solum hæc copia: etiam Athenis. Thucydidem auctorem habeo, ex eâ vrbe, bello Peloponnesiaco, idq. vno tempore, transfugisse ad hostem super viginti millia seruorum: & quidem seruorum, qui manuarias operas exercerent. Quantam vim in vrbe suspicari debemus fuisse reliquam? Verba eius, si quis requirit, hæc lib. vii. Τῆς τε γὰρ χῶρας ἀπάσης (οἱ Ἀθηναῖοι) ἐσέπρωτο, καὶ ἀνδραπόδων πλεον ἢ δύο μυριάδες ἡτομολόησαν. Καὶ τῶν πολλῶν μέγας χειροτέχνη.

118. PROMISCVAS VIRIS ET FEMINIS VESTES.] Sericas intellegit Coasq., quibus abstinebant nec viri. Carpit non semel grauisissimus auctor Seneca. ut epist. cxxiii. Non videntur tibi contra naturam viuere, qui commutant cum feminis vestem? non viuunt contra naturam, qui expectant (corrigo expetunt) ut pueritia splendeat tempore alieno? & cxxiv. Quòd vides istos sequi, qui aut vellunt barbam aut interuellunt; qui labra pressius tondent & abradunt, seruatâ & submissâ ceterâ parte: qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perluculentem togam. Et Plinius: Nec puduit has vestes (de Cois loquitur) vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam. In tantum à loricâ gerendâ discessere mores, ut oneri sint etiam vestes. Plura pete è Clem. Alexandr. lib. iii. Pedag. cap. iii. cuius index, ὁρὸς τὰς καλλωπιζομένους τῶ ἀνδρῶν.

119. LAPIDVM CAVSSA PECVNIAE.] Gemmas intellegit, & imprimis vniones: quorum feminis ad inanes creber vsus. Vide EXCVRS. I.

A ruptus simul & corruptor, aeger & flagrans animus, hanc leuioribus remedij restringendus est, quam libidinibus ardescit. Tot à maioribus reperta leges, tot quas diuus Augustus tulit, illa obliuione, hæc (quod flagitiosius est) contemptu abolita, securiorem luxum fecere. nam si velis quod nondum vetitum est; timeas, ne vetere. at si prohibita impune transcenderis, neque metus ultra, neque pudor est. Cur ergo olim parcimonia pollebat? quia sibi quisque moderabatur: quia ¹²⁰ vnius Urbis ciues eramus ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus. exter-

B nis victorijs aliena; ciuilibus, etiam nostra consumere didicimus. Quantulum istud est, de quo ædiles admonent? Quam, si cetera respicias, in leui habendum! At hercule nemo refert, quod Italia externa opis indiget, quod vita populi Romani per incerta maris & tempestatum quotidie voluitur. ac nisi prouinciarum copia & dominis, & seruitijs, & agris subuenerint; nostra nos scilicet nemora, nostraque villa tuebuntur? Hanc P. C. curam sustinet princeps: hæc ommissa, funditus Remp. trahet: reliquis intra animum medendum est. nos, pudor; pauperes, necessitas; diuites, satias in melius mutet. Aut si quis ex magistratibus, tantam industriam ac seueritatem pollicetur, ut ire obuiam queat; hunc & laudo, & exonerari laborum meorum partem fateor. sin accusare vitia volunt, dein cum gloriam eius rei adepti sunt, ¹²¹ simultates faciunt, ac mihi relinquunt; credite P. C. me quoque non esse offensionum audum quas cum graues, & ¹²² plerumque iniquas pro Rep. suscipiam; inanes & irritas neque mihi aut vobis vsui futuras iure deprecor. Auditis Cæsaris litteris, remissa Ædilibus talis cura; luxusque mensæ, à fine Actiaci belli, ad ea arma quibus Ser. Galba ¹²³ rerum adeptus est, per annos centum profusis sumtibus exerciti, paullatim exoleuere. Causas eius mutationis quærere libet. Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine insignes, studio magnificentia prolabebantur. nam etiam tum plebem, socios, regna colere, & coli licitum. ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen & clientelas illustrior habebatur. postquam cædibus sæuitum, & magnitudo famæ exitio erat; ceteri ad sapientiora conuertere. simul noui homines è municipijs & colonijs, atque etiam prouincijs, in senatum crebro adsumti, domesticam parcimoniam intulerunt. & quamquam fortunâ vel industriâ plerique pecuniosam ad senectam peruenirent; mansit tamen prior animus. Sed præcipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque: ¹²⁴ obsequium inde in Principem, & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus. Nisi fortè rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vi-

C ces, ita morum vertantur: nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imitanda posteris tulit. ¹²⁵ verum hæc * nobis maiores certamina ex honesto mancant. Tiberius famâ moderationis partâ, quod ingruentis accusatores represserat, mittit litteras ad senatum, quibus potestatem Tribuniciam Druso petebat. Id summi fastigij vocabulum ¹²⁶ Augustus repperit, ne regis aut dictatoris nomen adsu-

Quia etiam alia maiora curanda.

Cap. 55. Ommissa igitur coercitio. Sed sponte mutati mores in melius. Quare?

Exempla, validiora quam leges.

* nobis in maiores Cap. 56. Tribunicia potestas Druso petita.

120. VNIVS VRBIS CIVES.] Quasi dicat, at nunc ex omni orbe mixtio sumus. Vndique gentes ciuitate & honoribus donata, itemq; non donata confluximus. Quæ vera sunt de illo æuo: vel Senecam ad Heluiam vide cap. VI.

121. SIMILTATES FACIUNT.] Ios. Mercerus, fugiunt: at ego iaciunt, verum puto. Semina simultatum illi spargunt, me volunt colligere acerbos fructus. Mox etiam, remissam curam interpretantur, permissam. nam ita Suetonius Tib. cap. XXXIV. Annonam macelli Senatus arbitrio quotannis temperandam censuit, dato Ædilibus negotio, popinas ganeasque vsque ad inhibendi, ut ne opera quidem pistoria vænalia proponi sinerent. Sed hoc sane ad publicum luxum, & diuitum istorum, non spectat: magis ad pretia rerum (prior quidem pars:) & reliqua ad plebecula disciplinam. Nihil quidem nunc actum, Tacitus ita clarè dicit, & post orationem etiam ostendit, ut calumnia sit aliter interpretari. Et

age, dissentiat à Suetonio: an rarum est?

122. PLERVMQVE INIQUAS.] A prauis causis animisq; ortas, non ex merito meo.

123. RERVM ADEPTVS EST.] Faciebam olim, rem Romanam adeptus: nunc non muto. Est archaismus, & sic dictum, ut Rerum potiri. Nam ita lib. VI. Nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur.

124. OBSEQUIVM INDE IN PRINCIPEM.] Simillimum, quod Panegyristes ad Theodosium: Tuæ Imperator epulæ mensis communibus parciores. hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, parcimoniæ cultus inoleuit: & quiescentibus legum minis, subiit quemque (ita lego) priuatim penitentia.

125. VERVM HÆC NOBIS.] In funesto hoc loco olim conclamauit. Fortè, nobis in maiores. id est, aduersum maiores. medicina, quæ huic mortuo non faciet vitam.

126. AVGVSTVS REPPERIT.] Ita cum Tacito plerique

adsumeret, ac tamen appellatione aliquâ cetera imperia præmineret. M. dein Agrippam socium eius potestatis, quo defuncto Tiberium Neronem dilegit, ne successor in incerto foret. sic cohiberi prauas aliorum spes rebatur: simul modestiæ Neronis, & suæ magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo, Tiberius Drusum summæ rei admouet: cum incolumi Germanico, integrum inter duos iudicium tenuisset. Sed principio litterarum veneratus deos, ut consilia sua Reip. prosperarent, modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta, rettulit esse illi coniugem & tres liberos, ¹²⁷ eamque ætatem quâ ipse quondam à diuo Augusto ad capeffendum hoc munus vocatus sit. Neque nunc properè, sed per octo annos capto experimento, compressis seditionibus, compositis bellis, triumphalem & bis consulem, noti laboris participem sumi. Præceperant animis orationem patres: quo quæsitior adulatio fuit. Nec tamen repertum, nisi ut effigies Principum, aras deum, templa & arcus, aliæque solita censerent. nisi quòd M. Silanus ex contumeliâ consulatus, honorem Principibus petiuit: dixitque pro sententiâ, ut publicis priuatisque monumentis, ad memoriam temporum, non consulum nomina præscriberentur, sed eorum qui tribuni-
ciam potestatem gerent. ¹²⁸ * Atque Haterius cum eius diei senatus consulta aureis litteris figenda in curiâ censuisset, deridiculo fuit, senex fœdissimæ adulationis tantum infamiâ vsurus. Inter quæ, prouinciâ Africâ Iunio Blæso prorogatâ, Seruius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam forte haberet postulauit; frustra vulgatum dictitans non licere ¹²⁹ Dialibus egredi Italiâ. neque aliud ius suum, quàm ¹³⁰ Martialium, Quirinaliumque flaminum. ¹³¹ porro si hi duxissent prouincias, cur Dialibus id vetitum? nulla de eo populi scita, non in libris cærimoniarum reperiri. Sæpe Pontifices Dialia sacra fecisse, si flamen valetudine aut munere publico impediretur. ¹³² duobus & septuaginta annis post Cornelij Merule cædem, neminem suffectum: neque tamen cessauisse religiones. Quòd si per tot annos possit non creari, nullo sacrorum damno; quanto facilius abfuturum, ad vnius anni proconsulare imperium? Priuatis olim simultatibus effectum, ut à Pontificibus maximis ire in prouincias prohiberentur: nunc deum munere, summum Pontificum etiam summum hominum esse, non amulatione,
non

Cap. 57.
Et suspensa
ta, cum adu-
latione pa-
trum.

* At Q. Ha-
terius

Cap. 58.

Flamen Dia-
provinciam
ambit.

plerique scriptores tradiderunt. quos refellit Dio libro XLII. ubi disertè scriptum, Cæsarem admisisse ut Dictator in integrum annum diceretur, & Tribuniciam potestatem per omne æuum haberet. Non ergo vocis auctor Augustus. Sed hoc tamen verum, Cæsarem eo titulo publicè non usum: usus est primus Augustus, & dedit ei splendorem. ideò, origo eius non immeritò relata ad ipsum.

127. EAMQUE ÆTATEM QVA.] Egit ergo Drusus tunc trigessimum sextum annum. Nam Tiberius natus est L. Munatio Planco, M. Lepido iterum Coss. anno verbis DCCXII. A quo die, anni medijs triginta sex ad Tribuniciam eius potestatem; quæ delata, anno urbis DCCXLVIII.

128. ATQUE HATERIVS.] Non dubiè scribendum, At Q. Haterius. idq; illi prænomen. Simile in Suetonij Vitellio mendum cap. 1. Exstatque elogij ad Q. Vitellium libellus. Scribo, exstat Q. Longini. vel ut Muretum video velle, Q. Clodij.

129. DIALIBVS EGREDI ITALIA.] Adcò non egredi, ut nec vrbe abesse ijs liceret vnâ nocte. quod lege in Camilli oratione apud Liniu, lib. v. Flamini Diali, inquit, noctem vnâ manere extra urbem nefas est.

130. MARTIALIVM, QUIRINALIVMQVE.] Atqui nec his quidem antiquitus egredi Italiâ concessum. Valerius lib. 1. cap. 1. Metellus verò Pont. Max. Postumium Consulem, eundemque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à sacris discederet, multâ indictâ, urbem egredi passus non est: religionique summum

imperium cessit Epitoma Lini, XI X. Cæcilius Metellus Pont. Max. A. Postumium Consulem, quoniam idem & Flamen Martialis erat, in vrbe tenuit, nec passus est à sacris recedere. Ut de Quirinali, Lini lib. XXXVII. Priusquam in prouincias Prætores irent, certamen inter P. Licinium Pont. Max. fuit & Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale patrum memoriâ inter L. Metellum & Postumium Albinum fuerat. Religio ad postremum vicit, & dicto audiens esse Flamen Pontifici iussus. Eadem cærimonia Pontificem max. tenuisse videtur ex Liniæ epitome LIX. Aduersus eum P. Licinius Crassus consul, cum idem Pont. Max. esset, quod numquam antea factum erat, extra Italiam profectus, victus & interemptus est. Sed scire licet quædam ex his cum euo mutasse. Alias, aperte falsis exemplis se inuet hic Flamen.

131. PORRÒ SI HI DVXISSENT.] Offendo in hac phrasi. Fortè, si hi duo rexissent. Duo, Martialis & Quirinalis. vel, si hi direxissent. Aliquis tamen fortasse ad sortem haud male traxerit: & duxerint, id est sorte extraxerint.

132. DVOBVS ET SEPTVAGINTA ANNIS.] Constat ratio. Nam Merula interfectus anno urbis DCLXVIII. Suffectus Flamen nouus ab Augusto, anno urbis DCCXLIV. Notat Dio lib. LIV. Καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἑξῆς, ait, ὃ τὸ ἱερὸς τὸ δ' ἰδὲ αἰσῶτον μετὰ τὸ Μερύδαυ ἀπὸ τῆς ἑξῆς. Non turbat, quòd Iulius Cæsar Flamen Dialis destinatus fuerit. teste Suetonio cap. 1. quia tantum destinatus & à Sullâ eodem

C

D

A non odio, aut privatis adfectionibus obnoxium. Aduersus quæ cum augur Lentulus alij- que variè differerent, eò decursum est, vt Pontificis Max. sententiam opperirentur. Ti- berius, dilatâ notione de iure Flaminis, decretas ob tribuniciam Drusi potestatem cari- monias temperauit; nominatim arguens insolentiam sententiæ, aureasque litteras con- tra patrium morem. Recitata & Drusi epistolæ, quamquam ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiuntur. Huc recidisse cuncta, vt ne iuuenis quidem tanto honore accepto, adiret orbis deos, ingrederetur senatum, ¹³³ auspicia saltem gentile apud solum inciperet? ¹³⁴ Bellum scilicet, aut diuerso terrarum tractu distineri, litora & lacus Campania tum maximè peragrantem. sic imbui rectorem generis humani: id primum è paternis consilijs discere. sanè grauaretur aspectum ciuium senex Imperator, fessamque etatem, & ætos labores prætenderet: Druso quod, nisi ex adrogantiâ, impedimentum? Sed Tiberius vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui præbebat, postulata prouinciarum ad disquisitionem patrum mittendo. Crebescibat enim Græcas per vrbes licentia atque impunitas asyla statuendi. ¹³⁵ Complebantur templa pessimis seruitiorum. eodem subsidio obæratu aduersum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec vllum fa- tis validum imperium erat coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum vt cari- monias deum protegentis. Igitur placitum vt mitterent ciuitates iura, atque legatos. Et quædam quod falso vsurpauerant sponte omisere: multæ vetustis superstitionibus, aut meritis in populum Romanum fidebant. Magnaque eius diei species fuit, quo senatus maiorum beneficia, sociorum pacta, regum etiam qui ante vim Romanam valuerant decreta, ipsorumque numinum religiones introspexit; libero, vt quondam, quid firma- ret mutaretve. ¹³⁶ Primi omnium Ephesij adiere, memorantes, non, vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, ¹³⁷ locum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam, & ¹³⁸ oleæ, quæ tum etiam maneat, adnissam, edidisse ea numina: deorumque monitu sacratum nemus. Atque ipsum illuc Apolli- nem,

Cap. 59. Alij obij- sione.

Drusus su- perbia no- tatur.

Aliqua in- eum verba.

Cap. 60.

De iure asy- lorum certa- men:

Senatus in- dice.

Cap. 61. Ephesij id sibi vindicant.

C eodem sacerdotio mox multatus est. Facit huc Suetonij illud, cap. xxxi. in Augusto: Nonnulla ex anti- quissimis carimonijs paulatim abolita restituit, vt Salutis augurium, Diale flaminium.

133. AVSPICIA SALTEM.] *Lucem dat Liuij locus lib. xxi. de C. Flaminio, qui ante initum Consulatum profectus ab vrbe.* Quod enim illi iustum imperium, quod auspiciū esse? Magi- stratus id à domo, publicis priuatilque penatibus, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, secum ferre. nec priuatum auspicijs sequi: nec sine auspicijs profectum in externo ea solo noua atque integra concipere posse. *Vide etiam quæ de auspicijs infra scribo, lib. iv.*

134. BELLVM SCILICET.] *Non malè etiam, bello: siue, bello eum, sed distinctione adhibitâ com- mode seruaueris illud prius.*

135. COMPLEBANTVR TEMPLA.] *Tribus ergo generibus hominum perfugium in asylys: seruis, obe- ratis, maleficis. De maleficis seruisque, Plutarchus perè Δεισιδαιμονίας. Εἴσι δ' ἄλλω φύξιμος βωμὸς, ἐστὶ καὶ λησαῖς ἀβέλγη πολλὰ τῆς ἱερῆς. καὶ πολέμιας φύγοντες, ἀν' ἀγάλματος λάβων ἢ ναῖ, θάρρῶσιν. De oberatis, idem libello De vitandis vsuris: Ἡ μὲν γὰρ Ἀρτεμὶς ἢ ἐν Εὐφίσῳ τοῖς χρεώσασιν, ὅταν καταφύ- γωσιν εἰς τὸ ἱερὸν αὐτῆς, ἀσυλίαν παρέχει καὶ ἀδειαν ὑπὸ τῆς δαρείων. Et Sallustius eleganter de Pompeio, Epistolâ ad Casarem: Eoque per omne tempus bel- li, quasi sacro atque in spoliato fano debitores vsi. Adde quæ de Asylys Pollux: Εἰ δὲ καὶ ἀσυλὸν τι εἴη, τῆτο καὶ κρησφύγετον λέγε, καὶ φύξιμον, καὶ ἱερὸς*

θεός, ἐφ' ὅσον τοῖς οἰκέταις ἀσφάλεια.

136. PRIMI OMNIUM EPHESIJ.] *Quibus Diana culta celebri illo templo. Statuam eius descri- bit Minutius Felix in Dialogo: Diana interim est altè succincta venatrix: & Ephesia mammis mul- tis & veribus exstructa. vbi repono, vberibus ex- structa. De toto hoc Asylo eleganter Strabo lib. xiv. Ἀσυλον δὲ μῦθος τὸ ἱερὸν κενυῖ, καὶ περὶ τῆς ἀ- συλίας τῆς θεοῦ ἀλλαγῆναι σωβέη πολλὰ κίς. Ἀλε- ξάνδρου μὲν ἐπὶ τὰ δῖον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τὸ ξόσμα ἀφέντος ὑπὸ τῷ γωνίῳ τῆς κερῆς, καὶ δό- ξαντα ὑπερβαλέσθαι μίχα τὸ τὰ δῖον. Ἀντωνίου δὲ πλη- σιάσαντος τούτῳ, καὶ συμπεριλαβόντος, τῆ ἀσυλία μέγας τι τὸ πόλεως. ἐφάνη δὲ τὸ βλαβερόν, καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν. ὡς τ' ἠκυρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. Cui descriptioni caussa non est vt aliunde quippiam addam.*

137. LOCVM ORTYGIAM.] *Scribendum, Lu- cum. Strabo: Εἴ δὲ τῆ αὐτῆς ὠρεῖα μίχρον ὑπὲρ τῆ θαλάττης ἐστὶ καὶ Ὀρτυγία, διαφερέτως ἄλσος παν- τοδαπῆς ὕλης, κυπαρίττι δὲ τὸ πλείονος. διαρρεῖ δὲ ὁ Κέγχλειος ποταμὸς, ἢ φασὶν ἠφαδὸς τῆς Ἀπὼ μετὰ τὰς ὠδίνας. Ἐνταῦθα γὰρ μὲν εἰσὶ τῆ λοχίαν καὶ τὴν τερόν τὴν Ὀρτυγίαν, καὶ τὸ ἀδύτον, ἐν τῇ λοχίᾳ, καὶ τῆς πλοσίον ἐλαίαν, ἢ περὶ τὸν ἐπαναπαύσασθαι φασὶ τὸ θεὸν ὑπολυθεῖσαν τῆς ὠδίνας. Quæ sola, satis illu- strant hunc totum Græcicæ fabule locum. Vide ta- men, si lubet, Epigrammatarium Græcum lib. iv. εἰς ναῖς. vbi Ephesum vocat, Διανὴ τὰν τερόν.*

138. OLEÆ, QUÆ TVM.] *Paullo aliter Strabo, vt vidisti: qui vult post partum demum, in nissam oleæ quietis caussa.*

Cap. 62. Item Magnetes:

Aphrodisiensis: Stratonicensis: * attulere, laudati, quod Hierocæsarienses:

Cyprij.

Cap. 63. Permissa res Consulibus.

Qui pluribus hoc ius alicui dicauerit.

* niti:

nem, post interfectos Cyclopas, Iouis iram vitauisse. Mox Liberum patrem bello victorem, ¹³⁹ supplicibus Amazonum quæ aram infederant, ignouisse. Auctam hinc concessu Herculis, cum Lydiâ potiretur, cærimoniam templo: neque Persarum ditone, diminutum ius. post Macedonas, dein nos seruauisse. Proximo Magnetes, L. Scipionis, & L. Sullæ constitutis nitebantur. quorum ille Antiocho, hic Mithradate, pulsus, fidem atque virtutem Magnetum decorauere, vti ¹⁴⁰ Dianæ Leucophryenæ perfugium inuiolabile foret. Aphrodisiensis posthac, & Stratonicensis dictatois Cæsaris ob vetusta in parteis merita, & recens diui Augusti decretum * attulere. ¹⁴¹ Laudati quod Parthorum irruptionem, nihil mutatâ in populum Romanum constantiâ, pertulissent. Sed Aphrodisiensium ciuitas, Veneris, ¹⁴² Stratonicensium, Iouis & Triuiæ religionem tuebantur. Altius ¹⁴³ Hierocæsarienses exposuere, ¹⁴⁴ Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum. & memorabantur Perpernæ, Isaurici, multaque alia imperatorum nomina, qui non modò templo, sed duobus milibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin Cyprij tribus delubris, quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor ^B Aërias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiæ, & Ioui Salaminio Teucer, Telamonis patris irâ profugus, posuissent. Auditæ aliarum quoque ciuitatum legationes. Quorum copiâ fessi patres, & quia studijs certabatur; consulibus permisere, vt perspecto iure, & si qua iniquitas inuolueretur, rem integram rursus ad senatum referrent. Consules super eas ciuitates quas memorauit, apud Pergamum, Æsculapij compertum asylum retulerunt: ceteros obscuris ob vetustatem initijs niti. Nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicipi Veneri templum dicauerint: ¹⁴⁵ Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiem, ædemque iussi sint. propiora Sardinios, Alexandri victoris id donum, neque minùs Milesios ¹⁴⁶ Dario rege * vti: sed cultus numinum vtrisque, ¹⁴⁷ Dianam aut Apollinem venerandi. Petiere & Cretenses simula-

139. SUPPLICIBVS AMAZONVM.] Aliquid eâ de re Pausanias lib. VII. vbi de templo Diana Ephesia. quem suadeo legas.

140. DIANÆ LEUCOPHRYENÆ.] Scribe, Leucophryenæ. Eius deæ templum in Magnetibus, descripsit Strabo lib. XIV. Causam cognominis ad feminam aliquam quæ ibi condita, referre ex Arnobio possis, lib. VI. In Didymæo Milesio Cleochum dicit habuisse suprema Leandrus: funeris Leucophryenæ monumentum in fano apud Magnesium Dianæ esse Myndius profitetur ac memorat Zeno. Et Clemente in Protrept. Εὐταύθα τὸ Λευκοφρυῆνης τὸ μνημεῖον, ἐκ ἀξίον παρελθεῖν, ἐπομύνας Ζήνωνι τῷ Μυωδῆσι, ἢ ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Ἀρτέμιδος ἐν Μαγνησίᾳ κειμένον. Vel ad Tenedon insulam, quæ olim appellata Leucophryn, vbi Diana sanctissimum templum. Xenophon rerum Græcarum lib. III. Τὸ δ' Ἑλληνικὸν στρατομῆδες Λευκοφρυῶν ἀπὸ τῆς ἐνθάδε Λῷ Ἀρτέμιδος ἱεροῦ μάλα ἀξίον, καὶ λίμνη. eiusq; exemplo & cognomine fortasse edificatum in Magnetibus istud. Pausan. lib. I. Magnetes, quibus ex regis liberalitate imperavit Themistocles, Leucophrynem Dianam colunt. At Appianus Εμφυλ. e. etiam alterum eius deæ fanum locat Mileti, cognomento pari. Τὴν ἀδελφῶν ἡμεῶν, inquit, ἱκέτῃς εἶσαν ἐν Μιλήτῳ τῆς Λευκοφρυῆνης Ἀρτέμιδος, πέντε μάλιστα ἂν τῶν ἀνείλε. Et Pausanias aram Athenis, cui à Themistoclis filijs dicata statua.

141. LAVDATI QVOD PARTHORVM.] Parthorum irruptionem intellegit, quæ duce Labieno. de quâ, & de hac ipsâ Stratoniceâ Dio XLVII. Οὐδὲ δὴ Λαβῆνος ἐν τῷ τῶν τε Κιλικίαν κατέχευε, καὶ τῆς Ἀσίας τὰς ἠπειρώπιδας πόλεις παρεστήσατο, πάλῳ Στρατονικείας, τὰ μὲν πλεῖστα ἀνδρῶν πολέμῳ,

Μύλασα δὲ καὶ Ἀλάβαντα ἔχε καὶ κινδύων ἐλάων.

142. STRATONICENSIVM.] Stratonicea Caria ^C vrbs est, & templa duo in suburbano agro habet, Iouis Chrysaori, & Hecates (sive Triuiæ) in Laginis. Strabonem vide lib. XIII. Notat & Pausanias, quod olim ea vrbs & regio Chrysaoris dicta fuerit, nimirum ab hoc templo.

143. HIEROCÆSARIENSES.] Opidum est in Lydiâ.

144. PERSICAM DIANAM.] Atqui ipsi Lydi illi Persici cognomen habent, velut inde oriundi. Pausanias notat in Eliacorum I. Sunt, inquit, Lydis qui Persici cognominantur, templa in Hierocæsareâ opido, & Hipæpis. In vtroque templo ædicula siue cella est, cum aris: super his cinis. eoque ingressus sacerdos siue magus (ad Magicam enim Pausanias hoc miraculum refert) tiarâ caput velatus, ^D foco arida ligna imponit: & Deum nescio quem barbarico sermone (Persico, opinor) inuocans, vbi desijt, statim è lignis sponte purissima flamma emicat & adfurgit. Id se vidisse Pausanias testatur: & non dubiè hinc templo religio, & ius mox Asyli.

145. TENIOS EIVSDEM CARMEN.] Insule Teni (quæ inter Cycladas) cultores. De hac re, Strabo lib. X. Tenuis insula opidum habet non magnum, sed extra illud in luco Neptuni templum dignum sanè quod spectetur: & de magno ibi conuentu addit.

146. DARIO REGE VTI.] Scribo, niti.

147. DIANAM AVT APOLLINEM.] Sardiani Dianam cognomento Coloënem, cuius templum μεγαλέων ἀγίσειαν ἔχει, ait Strabo: Milesij Apollinem venerabantur, cognomento Didymeum. De quo idem Strabo, & Suetonius Calig. cap. XXI.

Accusatores
eius qui &
quales.

Mamercus Scaurus è consularibus, Iunius Otho prætor, Brutidius Niger ædilis, simul corripunt: obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberij maiestatem. Mamercus antiqua exempla iaciens; ¹⁵² L. Cottam à Scipione Africano, ¹⁵³ Ser. Galbam à Catone censorio, P. Rutilium à M. Scauro accusatos. Videlicet Scipio & Cato talia vlcifcebantur; aut ille Scaurus, quem proauum suum, ¹⁵⁴ opprobrium maiorum Mamercus, infami operâ dehonestabat. ¹⁵⁵ Iunio Othoni litterarium ludum exercere vetus ars fuit, mox Sciani potentiâ senator, obscura initia impudentibus ausis ¹⁵⁶ propolluebat. ¹⁵⁷ Brutidium artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio extimulabat; dum æqualis, dein superiores, postremo suafmet ipse spes anteire parat. quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. Auxere numerum accusatorum Gellius Poplicola & ¹⁵⁸ M. Paconius: ille quæstor Silani, hic legatus. Nec dubium habebatur, scæuitiæ captarumque pecuniarum teneri reum. sed multa adgerantur etiam infontibus periculosa; cum super tot senatores aduersos, facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum dilectis, responderet solus & orandi nescius, proprio in metu, qui exercitiam quoque eloquentiam debilitat. non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu, * eò quòd ipse creberrimè interrogabat: neque refellere, aut eludere, dabatur. ac sæpè etiam confitendum erat, ne frustra quæsiuisset. Seruos quoque Silani, vt tormentis * interrogentur, actor publicus mancipio acceperat. & ne quis necessariorum iuuaret periclitantem, maiestatis crimina subdebantur, vinculum & necessitas silendi. Igitur petito paucorum dierum interiectu, defensionem sui deseruit; ausis ad Cæsarem codicillis, quibus inuidiam & preces miscuerat. Tiberius quæ in Silanum parabat, quò excusatius sub exemplo acciperentur, libellos diui Augusti de ¹⁵⁹ Voleso Messalla eiusdem Asiæ proconsule, factumque in cum senatusconsultum recitari iubet. Tum L. Pisonem sententiam rogat. ille multum de clementiâ Principis præfatus, aquâ atque igni Silano interdicens censuit, ipsumque in insulam Gyarum relegandum. Eadem ceteri, nisi quòd Gn. Lentulus separanda Silani materna bona (quippe ¹⁶⁰ aliâ parente

Brutidius.

Cap. 67.

Omnia Silano aduersa.

Etiam ipse Princeps. * &

* interrogantur,

Cap. 68.

Sententia in eius damnatione.

152. L. COTTAM.] Cicero diuinatione in Verrem, ibiq; Asconius: & Valerius lib. VIII. cap. I.

153. SER. GALBAM.] De Galbâ ibidem Cicero, & Valerius: de Rutilio Liuius Epit. LXX. Cicero in Bruto, & Oratore I. Orofius lib. V.

154. OPPROBRIVM MAIORVM.] Sallustianum est.

155. IUNIO OTHONI.] Declamator fuit eo auo notus. Seneca pater & ipsum & genus eius dicendi describit, non sine notâ, libro II. Controu. I. Ait illum vsu recto genere dicendi & suspicioso, vbi minime opus, & cum aperte liceret agere. Bene, inquit, de hoc vitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem tegere. Acumen ioci reddo, scriboq; legere. Acta, publica sunt, nec aliud tam vulgò promptum notumque. adeò vt prouerbij loco Seneca filius alibi dixerit, Beneficia in acta non mitto, id est, non publico, non diuulgo. Quid autem magis ridiculum, quàm Acta publica alicui recitare in aurem? Subtilis ergo in id vitium hominis iocus: quem bellè amulatus est Martialis:

Garris in aurem semper omnibus Cinna,
Garris & illud, teste quod licet turbâ.
Adeone penitus sedit hic tibi morbus,
Vt sæpè in aurem Cinna Cæsarem laudes?
Nec enim dubito, quin oculos habuerit ad breue illud
Scauri acutumq; dictum.

156. PROPOLLVEBAT.] Clarissimus Nic. Faber, perpolluebat. Hieronym. Grosotius noster (verè no-

ster, dudum studijs, nuper amore mihi iunctus) propellebat: bono pariter & prompto sensu.

157. BRUTIDIVM ARTIBVS HONESTIS.] Vera laus. Non solum enim inter oratores rhetorasq; locum habuit, recensente Senecâ non semel: sed etiam historiam scripsit, vt ex fragmentis apparet, cum laude. Pete ea à Senecâ patre, in Suasoriâ de morte Ciceronis. Puto eundem esse, quem signauit Iuuenalis:

pallidulus mi

Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

158. M. PACONIVS.] Quem postillâ reum maiestatis Tiberius interfecit, admonitu scurræ cuiusdam. Sueton. Tib. cap. LXI.

159. VOLESO MESSALLA.] Cuius scæuitiæ clarum exemplum in Senecâ libro II. De irâ. vbi item vocat eum Asiæ Proconsulem sub Augusto. Volesus nuper sub diuo Augusto proconsul Asiæ, cum trecentos vnâ die securi percussisset, incedens inter cadauera vultu superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, Græcè proclamauit, O rem regiam! Quis hæc rex fecisset? non fuit hæc ira: sed maius malum & insanabile. Nec plura super eo mihi comperta.

160. ALIA PARENTE GENITI.] Certè hæc implexa. Pichena interpretatur, Silano fuisse matrem & nouercam. Materna autem bona intellegi, verè matris, quæ separanda à nouerca, ac filio danda vt auia paternæ. Ego causse nihil video, cur bona matris non fuerint Silani hic rei: & simul igitur cum paternis,

PAR.

A parente geniti (reddendaque filio dixit, aduente Tiberio. At ¹⁶¹ Cornelius Dolabella dum adulationem longius sequitur, increpitis C. Silani moribus, addidit, *ne quis vitā probrosus, & opertus infamiā, prouinciam fortiretur: idque princeps diiudicaret. nam à legibus delicta puniri: quanto fore mitius in ipsos, melius in socios, prouideri ne peccaretur.* Aduer-
 sūm quæ disseruit Cæsar: *Non quidem sibi ignara quæ de Silano vulgabantur, sed non ex ru-
 more statuendum. multos in prouincijs contrā, quā spes aut metus de illis fuerit, egisse, exci-
 tari quosdam ad meliora, magnitudine rerum; hebescere alios. neque posse principem suā scientiā
 cuncta complecti: neque expedire, ut ambitione alienā trahatur. Ideò leges in facta constitui,
 quia futura in incerto sint. sic à maioribus institutum, ut si antissent delicta, pœna sequerentur.
 Ne uerterent sapienter reperta, & semper placita. satis onerum principibus, satis etiam
 potentia: ¹⁶² minutura, quoties gliscat potestas: nec utendum imperio, ubi legibus agi possit.*
 Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto lætioribus animis accepta. Atque il-
 le prudens moderandi, si propriā irā non impelleretur, addidit, insulam Gyarum im-
 mitem & sine cultu hominum esse: darent Iuniæ familiæ, & viro quondam ordinis
 eiusdem, ¹⁶³ Cytheram potius concederet. id sororem quoque Silani ¹⁶⁴ Torquatam, pri-
 fæ sanctimonix virginem expetere. In hanc sententiam facta discessio. ¹⁶⁵ Post auditi
 Cyrenenses, & accusante Anchario Prisco, Cæsius Cordus repetundarum damnatur.
 L. Ennium equitem Romanum maiestatis postulatum, quod effigiem principis pro-
 miscuum ad vsum argenti vertisset, recipi Cæsar inter reos vetuit: palam aspernante
 Ateio Capitone, quasi per libertatem. *Non enim debere eripi patribus vim statuendi, neque
 tantum maleficium impune habendum. sanè lentus in suo dolore esset; Reip. iniurias ne largire-
 tur.* Intellexit hæc Tiberius ut erant magis, quā ut dicebantur: perstititque interce-
 dere. Capito insignior infamiā fuit: quod humani diuiniq; iuris sciens, ¹⁶⁶ egregium
 publicum, & bonas domi artes dehonestauisset. Incessit dein religio, quo nam in
 templo

Dolabella
sua adu-
latio.

Cap. 69.
Cui Tiberius
resistit.

Et ex alio-
rum senten-
tijs nonnulla
mitigat.

Cap. 70.
Accusatur
d. m. n. a. u. r. q.
& alij.

Ateij Capi-
tonis seruilia
libertas.

Cap. 71.

C pari iure, confiscanda. Mibi semper aliquid occulti
 vulneris in hac scripturā visum, & sententiam affir-
 mare penè audeam, etsi vix scripturam. Sed hæc quo-
 que fortasse fuerit: quippe tali parente geniti: vel,
 quippe illā parente, per admirationem. Enimvero
 Lentulus separari materna bona per honorem voluit,
 & respectu illius parentis: quæ ex Augusti sanguine
 scilicet esset. Hoc in Silanis verum est: & Tacitus no-
 ster libro XIII. Silanum abnepotem Diui Augu-
 sti facit. & Plinius, Diuus Augustus neptis suæ
 nepotem genitum vidit, quo excessit anno. Stem-
 ma tamen seriatim hoc texere difficile sit. Quod si in
 lectione nihil mutas: tum ego interpretari capiar,
 Duas matres Silano huic reo fuisse, veram & nouer-
 cam. Nouerca autem bona maximā ex parte Silano
 reliquerat, in gratiam mariti; vel obsequijs, ut sit, pri-
 uigni capta. Nunc censet Lentulus, separanda ea bo-
 na, quippe cum non eā parente genitus esset: sed
 aduenticia illa, & ex indulgentiā data, filio item in-
 dulgenda. Hæc dixerim, nec mihi firma aut proba, ut
 præmisi. Scripsit ad me ex Hispaniā vir doctus, in ve-
 teri libro se legisse: quippe altā parente. quod ad no-
 strum illum sensum faciat, sed mallet aliud verbi.

161. CORNELIVS DOLABELLA.] Præter cete-
 ros adulator: qui supra censuit, ut Tiberius ouans
 urbem iniret. cuius mentio in prisco lapide coniun-
 ctim cum hoc C. Silano:

P. CORNELIVS. P. F. DOLABELLA
 C. IVNIVS. C. F. SILANVS. FLAMEN. MARTIAL.
 EX. S. C.
 FACIENDVM. CVRAVERVNT. IDEM. QVE
 PROBAYERVNT.

162. MINVTYRA, QVOTIES.] Ne deliberare

quidem quemquam puto, quin coniectura nostra vera
 sit, Minui iura, quoties glif. pot. præclara & ex usu
 rerum gnomo.

163. CYTHERAM POTIVS.] In manuscripto,
 Cythonum. Putes Cythnum fuisse, que insula est
 iuxta Atticam, sub Eubœā, nostro alibi, Ptolomeo item
 & Plinio, nominata.

164. TORQVATAM.] Cuius memoriam seruat
 marmor Romæ:

IVNIÆ. C. SILANI. F.
 TORQVATÆ. VIR. VEST.
 MAXIMÆ
 itemq; alterum in hortis Vaticanis mihi lectum:
 I. IVNONI
 IVNIÆ. C. SILANI. F.
 TORQVATÆ
 SACERDOTI. VESTALI
 ANNIS. LXIII.
 CÆLESTI. PATRONÆ
 ACTIVS. L.

165. POST AVDITI CYRENENSES.] Fluctuauit
 in hoc loco. supra enim scriptum eadem de re: An-
 charius Priscus Cæsium Cordum Proconsulem
 Cretæ postulauerat repetundis. Mirum videbatur
 agere Cyrenenses in illum, qui aliena prouinciæ re-
 ctor: & inclinabam ut substituerem, Cretenses.
 Disputit hanc caliginem Strabo, apud quem libro vl-
 timo in diuisione prouinciarum lego, Cretam cum Cy-
 renaicā eiusdem Proconsulis fuisse. Ab hac mente
 Suetonius Vespasianus cap. II. Quæstor Cretam &
 Cyrenas prouinciam forte cepit. Vbi malè quidam
 libri, prouincias.

166. EGREGIVM PVBLICVM.] Ita dictum, ut
 vulgò

Equestris
Fortuna.

De iure Fla-
minio decre-
tum.

Cap.72.
Basilica
Paulli re-
fecta:

Et Pompeij
theatrum.

Cap.73.
Tacfarinas
in armis.
Improbacius
petitio.

* sua popu-
lique Rom.
con.

templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustæ equites Romani voue-
rant Equestri Fortunæ. nam & si delubra eius deæ multa in vrbe, ¹⁶⁷ nullum tamen ta-
li cognomento erat. repertum est ædem esse apud Antium quæ sic nuncuparetur, cun-
ctasque cærimonias Italicis in opidis, templaque, & numinum effigies, iuris atque im-
perij Romani esse. ita donum apud Antium statuitur. Et quando de religionibus tra-
ctabatur, dilatatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem Flaminem Dia-
lem, promisit Cæsar: recitauitque decretum Pontificum. *Quoties valetudo aduersa Fla-
minem Dialem incessisset, ut Pontificis maximi arbitrio, ¹⁶⁸ plusquam binoctium, abesset: dum
ne diebus publici sacrificij, neu sæpius quàm bis eundem in annum. Quæ Principe Augusto
constituta, satis ostendebant, annuam absentiam & prouinciarum administrationem
Dialibus non concedi. memorabaturque ¹⁶⁹ L. Metelli Pontificis maximi exemplum,
qui Aulum Postumium Flaminem attinisset. Ita fors Asiæ in eum, qui consularium
Maluginensi proximus erat, conlata. Iisdem diebus Lepidus à senatu petiuit, ut basili-
cam Paulli, ¹⁷⁰ Æmilia monumenta, propriâ pecuniâ firmaret ornaretque. Erat etiam B
tum in more publica munificentia. nec Augustus ¹⁷¹ arguerat Taurum, Philippum, Bal-
bum, hostiles exuuias, aut exundandis opes ornatum ad vrbis, & posterum gloriam con-
ferre. quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit.
At Pompeij theatrum igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est, eò quod
nemo è familiâ restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeij. simul laudi-
bus Seianum extulit, tamquam labore vigilantiaque eius tanta vis unum intra damnum
stetisset. & censuere patres effigiem Seiano, quæ ¹⁷² apud theatrum Pompeij locaretur.
Neque multo post Cæsar cum Iunium Blæsum proconsulem Africæ triumphis insigni-
bus attolleret, dare id se dixit honori Seiani, cuius ille auunculus erat. At tamen res
Blæsi dignæ decore tali fuere. nam Tacfarinas quamquam sæpius depulsus, reparatis per
intima Africæ auxilijs, huc adrogantiæ venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret, sedem-
que vltro sibi atque exercitui suo postularer, aut bellum inexplicabile minitaretur. Non
aliàs magis * suâ populi que contumeliâ Rom. indoluisse Cæsarem ferunt, quam quod C
desertor & prædo, hostium more ageret. Ne Spartaco quidem, post tot consularium exer-
cituum clades inultam Italiam vrenti, quamquam Sertorij atque Mithradatis ingen-
tibus bellis labaret Resp. datum, ut pacto in fidem acciperetur: nedum pulcherrimo
popu-*

vulgo bonum publicum, & Liuius pessimum publi-
cum, lib. II. Rhenanum nisi scribentem Obscurus lo-
cus est (censeo Delphos mittamus ad consulendum)
aut certe mendosus: qui forsitan sic legi debeat, Se,
remp. & bonas domi artes.

* Appianus
eam exstru-
ctam vult è
pecuniâ
clo. lo. ta-
lentorum,
quam à Cæ-
sare accepe-
rat, ne ei ad-
uersaretur.
Lib. II. Ci-
uil.

167. NULLVM TALI COGNOMENTO ERAT.]
Mirum verò. Nam & Liuius & Valerius auctores
sunt, Q. Fuluium Romæ dedicasse ædem Fortunæ
Equestri. Nominat & Iulius Obsequens. C. Claudio,
inquit, M. Perperinâ Coff. bubo in æde Fortunæ
Equestris comprehensus, inter manus exspirauit.
Incendio consumptam suspicemur: nisi obstaret P. Vi-
ctor, qui eam collocat in regione IX. vrbis suo etiam
æuo. Fatebor ingenuè. aliud quod pro Tacito dicam
non habeo.

168. PLUSQVAM BINOCTIVM.] Ita in manu-
scripto Mediceo, ablegatis alijs vocibus: placetq.
Licere Flamini abesse, sed consulto & conscisciente
Pontifice, etiam plusquam binoctium: sed dumtaxat
in aduersâ valetudine, & cum exceptionibus quæ se-
quuntur. Vulgata tamen lectio erat, dum ne plus-
quam: sed nouitia cum sit, quis moretur?

169. L. METELLI PONTIF.] Auctorum loca
adduxi supra.

170. ÆMILIA MONVMENTA.] Bene Æmilia
monumenta. Non enim vnus Æmilij opus. Æmilius

Paullus qui postea cum C. Marcello consul, duas Basi-
licas, veterem refecit, nouam locauit. auctor Cicero ad
Atticum lib. IV. epist. XVII. Nouam interuentu bello-
rum ciuilium non * perfecit ipse, (ut alucinari video
virum inter antiquarios primum :) perfecit sub Au-
gusto Paullus Æmilius, qui consul anno DCCXX. &
postea censor. Dio libro XLIX. Καὶ ἦσαν Παῦλος κα-
λοῦμενος Αἰμίλιος Λέπιδος Παῦλος ἰδίῳις τέλεισιν
ἔχομεν ὁμῶς, καὶ τῆ ὑπατεία καθίστασθαι. Eam in-
cendio consumptam refecit XX. annis post alius Æmi-
lius, ut narrat idem Dio lib. LIV. Ἦν ἔν σοι μετὰ
τῆτο, ὁνόματι μὲν ὕπ' Αἰμιλίῳ, ἐς δὲ τὸ τῆ ποιήσαντος
ἀντὶ τῆ ἡρώς ἐληλυθει, τῶ δ' ἔργῳ ὑπ' Αὐγύστου καὶ
τῶ τῆ Παύλου φίλων ὠκοδομήθη. Et nunc post an-
nos XXXV. iterum collapsam, firmavit ornauitq. Ma-
nius Lepidus, is de quo dixi supra.

171. ARGVERAT TAURVM.] Scribendum, ar-
cuerat. id est vetuerat, prohibuerat. Tauri, amphitheatrum intellegit in campo Martio: Martij Philippi, ædem Herculis Musarum: Balbi, theatrum. Vi-
de Suetonium Aug. cap. XXIX. Dionem lib. LI. & LIV.

172. APVD THEATRVM POMPEII.] De eâ
Seneca, ad Martiam cap. XXII. Decernebatur Seiano
statua, in Pompeij theatro ponenda, quod
exustum Cæsar reficiebat: exclamauit Cordus,
Tunc verè theatrum perire?

A populi Romani fastigio, latro, Tacfarinas, pace & concessione agrorum redimeretur. Dat negotium Blæso, ceteros quidem ad spem proliceret arma sine noxâ ponendi, ipsius autem ducis quoquo modo potiretur. Et recepti eâ veniâ plerique. mox aduersum artes Tacfarinatis, haut dissimili modo belligeratum. Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, plaris per globos incurfaret, eluderetque, & insidias simul tentaret: tres incessus, totidem agmina parantur. ex quâ Cornelius Scipio legatus præfuit, quâ prædatio in Leptinos & suffugia Garamantum: alio latere, ne Cirtensium pagi impune traherentur, propriam manum Blæsus filius duxit. Medio, cum dilectis castella & munitiones idoneis locis imponens, dux ipse, atque infensa hostibus cuncta fecerat: quia quoquò inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in latere, & sæpè à tergo erat. multiq; eo modo cæsi, aut circumuenti. Tunc tripartitum exercitum plures in manus dispergit, præponitque centuriones virtutis expertæ: nec, vt mos fuerat, actâ æstate retrahit copias, aut in hibernaculis veteris prouinciæ componit: sed vt in limine belli, dispositis castellis, per expeditos & solitudinum gnaros mutantem mapalia Tacfarinatam proturbat. donec fratre eius capto, regressus est, properantiùs tamen quam ex utilitate sociorum, relictis per quos resurgeret bellum. Sed Tiberius pro confecto interpretatus, id quoque Blæso tribuit, vt imperator à legionibus saluaretur: prisco erga duces honore, qui bene gestâ Rep. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur. erantque plures simul Imperatores, nec super ceterorum æqualitatem. concessit quibusdam & Augustus id vocabulum; ac tunc ¹⁷³ Tiberius Blæso. Postremùm obière eo anno viri illustres, ¹⁷⁴ Asinius Saloninus, M. Agrippâ & Pollione Asinio auis, fratre Druso insignis; ¹⁷⁵ Cæsariq; progener destinatus. Et Capito Ateius, de quo memorauit, principem in ciuitate locum studijs ciuilibus adsecutus, sed auo centurione Sullano, patre prætorio. ¹⁷⁶ consulatum ei adcelerauerat Augustus, vt Labeonem Antistium iisdem partibus præcellentem dignatione eius magistratus anteciret. Namque illa ætas duo

Cap. 74.
Blæsus cum
aggreditur:
Dicitur co-
173:

Iterumq; di-
uisis.

Fraterni
eius capiti:
Assicitq; vel-
lum, non ta-
men conficit

Cap. 75.

Capitonis
mors & elo-
gium:

pacis

C 173. TIBERIVS BLÆSO.] *Distinguo locum, Blæso postremum. Obière eo anno, non leui ad historiam momento. Olim & liberâ rep. multi Imp. dicti, vt quisque rem suis auspicijs bene gessisset. Displicuit Augusto, & vt reliquos honores in se, sic & hoc nomen traxit. quod communicatum postea cum paucis, & ferè non nisi ex gente Augustâ. Tiberius tamen hic Blæsum Imperatoris nomine insignit: eumque è priuatis postremum. id est, vt postinde soli Principes eo titulo sint vsi, nemini ultra concesso subditorum. Velleius: Iunius Blæsus proconsul in Africâ, ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoriâ meruit. Neque etiam indignum notâ, quod obseruamus in nummis & inscriptionibus, Imperatoris titulumum Principis est, præponi; cum victoris, subiungi. hoc modo. Imp. Cæsar Augustus, &c. contra Iunius Blæsus Imp. M. Tullius Cicero Imp. Quod etiam è Suetonij Iulio colligas capite LXXVI. cuius id inuentum.*

D 174. ASINIVS SALONINVS.] *Asinio Pollioni oratori & historico filius natus Asinius Gallus, quem captis Salonis Delmaticâ vrbe agnomento dixit Saloninum. Seruius auctor in Virg. eclog. 11. Etsi id cognomen Tacitus & Dio illi nusquam tribuunt, contenti dixisse Asinium Gallum. Is Saloninus duxit Vipsaniam, Agrippæ filiam; dimissam paullo antè à Tiberio, qui ex eâ sustulerat Drusum. Hoc est quod Tacitus libro 1. scripsit: Nec Gallus idèd iram eius leniuit, pridem inuisus tamquam ductâ in matrimonium Vipsania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberij vxor fue-*

rat plusquam ciuilia agitaret. Habuit ex eâ liberos complures. Virilis sexus istos, C. Asinium Saloninum, de quo hic: Asinium Gallum, de quo Suetonius, & Dio: Asinium Pollionem, qui consul anno vrbs DCCLVI. de quo Plinius, Tacitus, Dio & Fasti: Asinium Agrippam, de quo libro sequenti: Asinium Celerem; quem consularem Plinius nominat & ponit sub Principe Caio. Nec vanum est, quod tribuo tam multos. Iubet hoc Tacitus libro VI. vbi de morte Asinij Galli patris: Scilicet medio triennio defuerat tempus subeundi iudicium consulari seni, tot consularium parenti. Cui loco abundè lucem fecerint ista. Superest vt virum doctum eripiam è luto. qui heret, quomodo hic Asinius Saloninus Drusi frater mortuus dicatur, quem Suetonius & Dio vinum ponunt Claudij auro? Nam Suetonius ecce, capite XIII. in Claudio: Conspirauerant ad res nouas Gallus Asinius & Statilius Coruinus, Pollionis ac Messallæ oratorum nepotes. & Dio libro ultimo: Α'σίνιος δὲ δὴ Γάλλος ὁ τῆ Δεγύσου πρὸς μνῆρας ἀδελφὸς ἐπεβίβασε μὲν τῶν Κλαυδίων, &c. Itaque quasi in pugna clarâ, concludit: Quid verum sit, Deus aliquid viderit. Imò ego homo. Frater enim hic Salonini, non ipse: ne ultra turbes, & in simpulo, quod dicitur, excites fluctus.

175. CÆSARIQVE PROGENER.] *Vti aliquam duceret è liberis Germanici.*

176. CONSVLATVM.] *Quem cepit inter suffectos anno vrbs DCCLIX. Lapis priscaus Romæ:*

C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO. POSTVMO. COS.

Cum Labeo
ne confertur.

Cap. 76.
Iunia mors.

pacis decora simul tulit. sed ¹⁷⁷ Labeo incorruptâ libertate, & ob id famâ celebrator : A
Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi, quod præturam intra ste-
tit, commendatio ex iniuriâ ; huic, quod consulatum adeptus est, odium ex invidiâ orie-
batur. Et ¹⁷⁸ Iunia sexagesimo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem
explevit, Catone auunculo genita, C. Cassij vxor, M. Bruti soror. Testamentum eius
multo apud vulgum rumore fuit : quia in magnis opibus, cum fermè cunctos proceres
cum honore nominauisset, Cæsarem omisit. quod ciuilitè acceptum : neque prohibuit
quo minùs laudatione pro rostris, ceterisque sollennibus funus cohonestaretur. Viginti
clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt, ¹⁷⁹ Manlij, Quinctij, aliaque eius-
dem nobilitatis nomina : sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quod effigies
eorum non visebantur.

177. LABEO INCORRUPTA LIBERTATE.]
Patrem emulatus, virum præclarum & prudentem,
qui bello Philippensi pro libertate fortiter occubuit.
Appianus lib. IIII. Λαβειῶν δὲ ἐπὶ σοφία γινώσκων,
ὁ πατὴρ Λαβειῶνος τὸ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἐπινοῶν
πρωτονομοῦ, τὸ πισοτάτου τῆς οἰκείης τῆς δεξιᾶς
λαβρόμυρος, καὶ πειρῆσας αὐτὸν ὡς ἔθος ἔστι Πω-
μαίοις ἐλάβθερον, ὅτις προνομῶν ἕξινος ἔδωκε, καὶ
τὴν σφαγὴν ὑπέχευ.

178. IUNIA CATONE AVUNCULO.] D. Iu-
nius Silanus, qui consul cum L. Licinio Murenâ,
uxorem habuit Scruiliam sororem M. Catonis. Ex
his nata hæc Iunia soror M. Bruti per matrem (nam

Bruti pater fuit M. Iunius Brutus) Tertia vel Ter-
tulla cognomento : de quâ notus Ciceronis iocus, Ter-
tia deducta est. Diversa igitur ab hac Iuniâ, de quâ B
Velleius : M. Lepidus iuuenis, Lepidi eius qui
III. vir fuerat reip. constituendæ filius, Iuniâ Bru-
ti sorore natus. Nam hæc vxor Lepidi fuit : nisi si an-
te Cassij, quod non opinor.

179. MANLIJ, QVINCTIJ.] Quare Man-
lij? quia Iunij Silani, innexi Manliæ genti. T. Man-
lius Torquatus filium in adoptionem dedit D. Sila-
no. de quo Ciceronem vide I. de Finibus, Valerium
libro V. capite VIII. De Quinctijs nihil dum rep-
peri.



C. COR.